

Martyrologium



<36700074390019

MARTYROLOGIVM ROMANVM,

Ad nouam Kalendarij rationem, & Ecclesiasticæ historiæ veritatem restitutum,

Gregorij XIII. Pont. Max. iussu editum.




ANTVERPIÆ,

Ex officina Christophori Plantini,

M. D. LXXXVI.

EXPLICATIO
EORVM, QVÆ IN
MARTYROLOGIO ROMANO
ad pronuntiationem Lunæ pertinent.



N hoc Martyrologio litteræ, quæ ordinatim ſupra Sanctorum hiſtorias ſunt diſpoſitæ, indicant ſingulis diebus totius anni, quota Luna ſit pronuntianda, ſuntque numero 30. quot nimirum ſunt Epactæ, ex quibus cyclus Epactarum compoſitus eſt; quarum hæc eſt ſignificatio. Littera a, ſignificat Epactam j. b, Epactam ij. c, Epactam iij. d, Epactam iiij. & ſic deinceps aliæ litteræ alias Epactas ſignificant; vt in appoſita tabella perſpicuum eſt, in qua ſingulis Epactarum numeris ſingulæ quoque litteræ reſpondent, modò maiuſculæ, & modò minuſculæ.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m
I	II.	III.	IIII.	V.	VI.	VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII.
n	p	q	r	ſ	t	u	A	B	C		
XIII.	XIIII.	XV.	XVI.	XVII.	XVIII.	XIX.	XX.	XXI.	XXII.		
D	E	F	G	H	M	N	P				
XXIII.	XXIIII.	XXV.	XXVI.	XXVII.	XXVIII.	XXIX.	*				

Vltima tamen Epacta non eſt ſignata numero arithmetico, ſed hac nota *, cui reſpondet littera P, maiuſcula. Subſtituuntur autem huiuſmodi triginta litteræ in lo-

cum 30. numerorum Epactarum, secundum antiquam Ecclesiæ consuetudinem, quæ loco Aureorum numerorum litteras ponebat, ne forte in Luna pronuntianda fiat error, & confusio inter numeros cycli Epactarũ, & numeros designantes, quot dies habet Luna. Cæterum quamuis Martyrologium sit cõstructum ex triginta litteris significantibus triginta numeros cycli Epactarum; ad inueniendum tamen Lunæ coniunctiones, & dies Lunares, nõ vtimur omnibus triginta, sed tantũ decem & nouem adhibemus, quot nimirũ sunt Aurei numeri, per quos huiusmodi triginta litteræ & Epactæ æquantur, progrediunturque, & in quorum locum, ad ostendendum quota sit Luna, nouemdecim Epactæ succedunt, quemadmodum in proposita tabella apparet,

Tabella litterarum Martyrologij respondentium Aureis numeris & Epactis ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis prius decem diebus, vsque ad finem anni 1699.

Aur. num.	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
Epactæ.	xxvj.	vij.	xviij.	xxix.	x.	xxj.	ij.	xiij.	xxiiij.	v.
Litt. Mart.	G	g	t	N	k	B	b	n	E	e
Aur. num.	16	17	18	19	1	2	3	4	5	
Epactæ.	xvj.	xxvij.	viij.	xix.	j.	xij.	xxiij.	iiij.	xv.	
Litt. Mart.	r	H	h	u	a	m	D	d	q	

in qua decẽ & nouẽ Aureis numeris respondẽt totidem Epactæ & litteræ, quæ ab Idibus Octobris annis correctionis 1582. (detractis prius decẽ diebus) vsq. ad annum 1699. inclusiuè, pro quo tẽpore tabella hæc composita est, assumendæ sunt, donec ad aliud tẽpus perueniatur, in quo alia tabella accipienda erit, in qua eisdẽ decem & nouem Aureis numeris aliæ Epactę & litteræ respondebunt.

debunt. Diuerſis enim modis inuicem diſponuntur & cõiugantur Aurei numeri cum Epactis & litteris Martyrologij, prout Solaris & Lunaris anni magnitudo expoſcit, vt in libro nouæ rationis reſtituendi Kalendarij Romani explicatur; atq; exemplũ habes in ſequentibus duabus tabellis, quarũ prioris vſus incipit ab anno 1700. incluſiuè, duratque vſque ad finem anni 1899. Poſterior autem vſum habet ab anno 1900. incluſiuè, vſque ad finem anni 2199. Reliquæ vero litteræ, quæ in margine exteriore Martyrologij recta deſcendunt, ſunt

Tabella litterarum Martyrologij reſpondentium Aureis numeris & Epactis ab anno 1700. incluſiuè, vſque ad finem anni 1899.

Aur. num.	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Epactæ.	ix.	xx.	j.	xij.	xxiij.	iiij.	xv.	xxvj.	vij.	xviij.
Litt. Mart.	i	A	a	m	D	d	q	G	g	t
Aur. num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	
Epactæ.	*	xj.	xxij.	iij.	xiiij.	xxv.	vj.	xvij.	xxviij.	
Litt. Mart.	P	l	C	c	p	F	f	ſ	M	

Tabella litterarum Martyrologij reſpondentium Aureis numeris & Epactis ab anno 1900. vſque ad finem anni 2199.

Aur. num.	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
Epactæ.	xxix.	x.	xxj.	ij.	xiij.	xxiiij.	v.	xvj.	xxvij.	viij.
Litt. Mart.	N	k	B	b	n	E	e	r	H	h
Aur. num.	11	12	13	14	15	16	17	18	19	
Epactæ.	xix.	*	xj.	xxij.	iij.	xiiij.		vj.	xvij.	
Litt. Mart.	u	P	l	C	c	p		f	ſ	

litteræ Dominicales, quibus hebdomadæ, dies Dominicæ, atque hebdomadarum feriæ denotantur. Numeri

item, qui prope litteras Dominicales antiquis numerorum notis sunt descripti, spectant ad Cyclum Epactarum, è regione quorum semper inuenies singulis diebus totius anni Lunæ coniunctionem, seu Lunam primam sub littera ipsius Epactæ significatiua. In margine denique interiore dies mensium vulgaribus numerorum notis sunt expressi.

Ad pronunciandum itaque, quota sit Luna, sumendus est primùm Aureus numerus anni currentis in superiori ordine proximæ tabellæ, vel Epacta currens in medio ordine tabellæ: deinde littera, quæ in inferiori, & tertio ordine eiusdem tabellæ illi Aureo numero, vel Epactæ respondet. Hæc enim littera per numerum, qui in Martyrologio sub ea reperitur, ostendet quota Luna sit pronuntianda singulis diebus totius anni currentis.

Exemplum. Anno Domini correctionis 1582. Aureus numerus currens est 6. & Epacta xxvj. sub quo Aureo numero, vel Epacta in suprascripta tabella inuenies litteram G, maiusculam. Hæc ergo ab Idibus Octobris, detractis prius decem diebus, indicabit quot dierum sit pronuntianda Luna in Martyrologio Romano singulis diebus vsq; ad vltimam diem Decembris prædicti anni correctionis 1582. Item anno 1583. iam emendato tam Aureus numerus, quàm Epacta erit vij. sub quo Aureo numero, vel Epacta in eadem tabella reperitur littera g, minusc. quæ toto eo anno ostendet in prædicto Martyrologio, quota sit Luna pronuntianda. Ita vides Lunam primo die Ianuarij pronuntiandam esse octauam, secundo die nonam, tertio decimam, &c. Lunam autem esse primam nono Kalendas Februarij, hoc est, die 24. Ianuarij, & ita de cæteris.

Quemadmodum autem singulis annis mutatur Aureus numerus & Epacta in Kalendis Ianuarij, ita etiam

cum

cum Aureo numero & Epacta mutatur littera Martyrologij: Vt quemadmodum anno 1487. Aureus numerus est 11. & Epacta xxj. anno vero 1588. in Kalendis Ianuarij Aureus numerus est 12. & Epacta ij. Ita quoque anno 1587. littera Martyrologij est B, maiusc. respondens Aureo numero 11. & Epactæ xxj. Anno vero 1588. in Kalendis Ianuarij assumenda est littera Martyrologij b. minusc. respondens Aureo numero 12. & Epactæ ij, adeo vt vltima die Decembris anni 1587. pronuntietur Luna secunda sub littera B, maiuscula: in Kalendis vero Ianuarij sequentis anni 1588. dicatur Luna tertia sub littera b, minuscula.

Notandum autem est, in anno, quo currit Aureus numerus 1. Lunam in Kalendis Ianuarij semper pronuntiandam esse vna die minorem, quàm in Martyrologio annotatur, & sic deinceps in aliis diebus vsque ad finem illius Lunationis tantum. Exemplum. Anno Domini 1595. tam Aureus numerus, quàm Epacta erit xix. littera verò Martyrologij eo anno currens erit u, sub qua pronuntiabis pridie Kalendas Ianuarij, siue vltima die Decembris, Lunam trigesimam: postridie verò in Kalendis Ianuarij anni 1596. in quo curret tam Aureus numerus quàm Epacta j, pronuntiabis Lunam primam sub littera A, maiuscula, quamuis sub ea inuenias annotatam Lunam secundam: & ita prosequeris quotidie pronuntiando Lunam vna die minorem, quousque peruenias ad finem illius Lunationis, hoc est, vsque ad quartum Kalendas Februarij, à quo die exclusiuè vsque ad finem illius anni pronuntiabis Lunam, vti sub eadem littera annotatum inuenies. Itidem in futurum faciendum erit, quotiescunque dicto Aureo numero 1. eadem, vel aliqua alia littera respondebit, excepta tamen littera P, maiusc. sub qua semper Luna pronuntianda est vt numerus indicat, quemadmodum & in

aliis annis fieri ſolet, in quibus non currit Aureus numerus 1. ſed alij Aurei numeri: in his enim Luna pronuntianda eſt, vt indicat numerus ſub littera deſcriptus.

Vt autem intelligas, vnde præcedentes tres tabellæ depromptæ ſint, & qua arte aliæ conſtrui poſſint, addidimus ſequentem tabellam litterarum Martyrologij reſpondentium Cyclo Epactarum perpetuam, vna cum tabula æquationis Cycli Epactarum, ex qua cuiuſque anni Epacta, & littera Martyrologij reſpondens perpetuo inuenietur hoc modo.

Tabella litterarum Martyrologij reſpondentium Ciclo epactarum perpetua.

P *	l xj	C xx'j	c iij	P xiiij	F xxv	F 25	f vj	ſ xvij	M xxviij	i ix
A xx	a j	m xij	D xxiij	d iiij	q xv	G xxvj	g vij	t xviij	N xxix	K x
B xxj	b ij	n xiij	E xxiiij	e v	r xvj	H xxvij	h viij	u xix		

Quæratur in tabula æquationis annus propoſitus, vel, ſi is in tabula non inuenitur, annus proximè minor, noteturq. litera alphabeti ſiue maiuſcula, ſiue minuſcula ad ſiniſtram ipſius collocata: inueſtigetur quoq; Aureus numerus propoſiti anni. Deinde in tabella litterarũ Martyrologij perpetua ſimilis littera notetur, & cellulæ, quæ ab illa littera incluſiuè tertia eſt verſus ſiniſtrã, Aureus numerus 1. tribuatur, & ſequenti cellulæ ad dexte-

Tabula æquationis Cycli Epactarum perpetui.

Anni Domini.		Anni Domini.		Anni Domini.	
N	1	A	2200	q	3600 Biſs.
P	320 Biſs.	u	2300	p	3700
P	500 Biſs.	A	2400 Biſs.	n	3800
a	800 Biſs.	u	2500	n	3900
b	1100 Biſs.	t	2600	n	4000 Biſs.
c	1400 Biſs.	t	2700	m	4100
Detractis x. diebus.		t	2800 Biſs.	l	4200
D	1582	ſ	2900	l	4300
D	1600 Biſs.	ſ	3000	l	4400 Biſs.
C	1700	r	3100	K	4500
C	1800	r	3200 Biſs.	K	4600
B	1900	r	3300	i	4700
B	2000 Biſs.	q	3400	i	4800 Biſs.
B	2100	p	3500	i	4900

dexteram ſubſequẽs Aureus numerus 2.& ita deinceps, donec ad Aureum numerum propoſiti anni perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, quando eam percurreris, computatis quoque duabus litteris F. F, quarum vna rubra eſt, & altera nigra, & ſub quibus Epacta xxv. rubra, & 25. nigra collocatur, pro vna cellula. His enim ritè peractis, ſtatim in cellula, in quam propoſiti anni Aureus numerus cadit, Epacta, & littera Martyrologij illius anni reperietur. Vnum tamen diligenter obſeruandum eſt, nimirum, vt quando Aureus numerus anni propoſiti maior fuerit, quàm 11. nempe vnus ex poſterioribus octo Aureis numeris à 12. vſque ad 19.

ecciderítque in cellulam litterarum F, F, maiuſcularum, quarum prior rubra eſt, & poſterior nigra, ſumatur Epacta 25. nigra, & reſpondens littera F, nigra, rubra verò Epacta xxv. & littera F, rubra, ſi in eandem cellulam aliquis ex prioribus vndecim Aureis numeris ab 1. vſque ad 11. qui omnes minores ſunt quàm 12. ceciderit.

Exemplorum appoſitione res planior fiet. Anno Domini 1582. qui eſt annus correctionis, reſpondet in tabula æquationis littera D, maiuſc. eſtque Aureus numerus 6. Si igitur in tabella litterarum Martyrologij perpetua tribuas cellulæ litteræ a, minuſculæ, quæ tertia eſt à cellula litteræ D, maiuſculæ, Aureum numerum 1. & ſequenti cellulæ ad dexteram Aureum numerum 2. & ita deinceps, cadet Aureus numerus 6. anni 1582. in cellulam Epactæ xxvj. & litteræ G, maiuſc. Epacta igitur xxvj. in Kalendario Nouilunia eo anno, & littera G, maiuſc. in Martyrologio ætatem Lunæ indicabit. Item anno 1911. reſpondet in tabula æquationis prope annum proximè minorem 1900. littera B, maiuſc. eſtque Aureus numerus 12. Quare ſi in tabella litterarum Martyrologij perpetua Aureus numerus 1. tribuatur cellulæ litteræ N, maiuſc. quæ tertia eſt à cellula littera B, maiuſc. & Aureus numerus 2. ſequenti cellulæ ad dexteram, & ita deinceps, cadet Aureus numerus 12. anni 1911. in primam cellulam tabellæ, cum Aureus numerus 11. cadat in vltimam, ac proinde ad principium tabellæ redeundum ſit. Erit ergo tunc Epacta -. & littera Martyrologij P, Maiuſ. Rurſus anno 1715. in tabula æquationis reſpondet littera maiuſc. C, eſtque Aureus numerus 6. Tribuendo ergo aureum numerum 1. cellulæ litteræ P, maiuſc. quæ tertia eſt à cellula litteræ C, maiuſc. in tabella

bella litterarum Martyrologij perpetua, & Aureum numerum 2. ſequenti cellulæ ad dexteram, & ſic deinceps, cadet Aureus numerus 6. anni propoſiti 1715. in ſextam cellulam. Quare, cum Aureus numerus 6. minor ſit, quàm 12. erit tunc Epacta xxv rubra, & littera Martyrologij maiuſcula rubra quoque. Prætereà anno 1916. reſpondet in tabula æquationis littera B, maiuſc. eſtque Aureus numerus 17. Quocirca ſi Aureus numerus 1. detur cellulæ litteræ N, maiuſc. quæ tertia eſt à cellula litteræ B, maiuſc. in tabella perpetua litterarum Martyrologij, & Aureus numerus 2. cellulæ ſequenti ad dexteram, & ita deinceps, redeundo ad principium tabellæ cum Aureo numero 12. cadet Aureus numerus 17. anni 1916. in ſextam cellulam. Cum ergo Aureus numerus 17. maior ſit quàm 11. erit eo anno Epacta 25. nigra, & littera Martyrologij F, maiuſc. nigra quoque. Poſtremo anno 4218. reſpondet in tabula æquationis littera l, eſtque Aureus numerus 1. Quamobrem ſi tribuamus Aureum numerum 1. cellulæ litteræ in tabella perpetua litterarum Martyrologij, quæ tertia eſt à cellula litteræ l, verſus ſiniſtram, inuenietur Epacta anni 4218. propoſiti xix. & littera Martyrologij u, atque eodem modo Epactam & litteram Martyrologij cuiuſlibet anni inuenies in perpetuum, ſi tabula æquationis extendatur vſque ad annum propoſitum.

Conſtructionem tam tabellæ litterarum Martyrologij perpetuæ, quàm tabulæ æquationis, quia breuiter explicari nequit, & litteræ alphabeti, quę etiam ſunt litteræ Martyrologij, deſumuntur ex tabula Cycli Epactarum expanſa, dedita opera in librum nouæ rationis reſtituendi Kalendarij Romani reiicimus, vbi tabula illa expanſa Epactarum continetur.

Ex

Ex his facilè quis tabellam componere poterit similem tribus superioribus, si velit, in qua nimirum contineantur Aurei numeri, Epactæ, & litteræ Martyrologij certis quibusdam annis inseruientes. Vt quoniam vsus tertiæ tabellæ extenditur vsque ad annum 2200. exclusiuè, si quis aliam condere velit, cuius vsus incipiat ab anno 2200. quærenda erit Epacta & littera Martyrologij, vt iam docuimus, anni 2200. Nam si omnes Aurei numeri disponantur ordine, initio facto ab Aureo numero anni 2200. qui est 16. & sub Aureo numero dicti anni collocetur Epacta eiusdem anni, & littera Martyrologij inuenta, nempe xiij, & n, minuscula: deinde reliquæ Epactæ ordine sub aliis Aureis numeris progrediantur per continuam additionem numeri 11. ad præcedentem Epactam, ita tamen, vt Epactæ sub Aureo numero 19. addantur 12. non autem 11. Denique si Epactis respondentes litteræ Martyrologij supponantur, prout in prima tabella huius canonis, vel certè in tabella perpetua litterarum Martyrologij sunt descriptæ, composita erit tabella Aureorum numerorum, Epactarum, & litterarum Martyrologij, cuius vsus incipiet ab anno 2200. durabitque vsque ad finem anni 2299. quandoquidem anno 2300. alia tabella condenda est, cum illi anno in tabula æquationis alia littera respondeat, nempe u. Exempli gratia: Anno dicto 2200. respondet in tabula æquationis littera A, maiuscula, estque Aureus numerus 16. Si igitur tribuatur Aureus numerus 1. cellulæ litteræ M, maiusc. quæ tertia est à cellula litteræ A, maius. in tabella litterarum Martyrologij perpetua, & Aureus numerus 2. sequenti cellulæ ad dexteram, &c. cadet Aureus numerus 16. propositi anni in cellulá Epactæ xiij. & litteræ n, minusculæ, à quibus tabella initium sumet, progredieturque hoc modo.

Tabel-

Tabella litterarum Martyrologij respondentium Aureis numeris & Epactis ab anno 2200. inclusiuè, vsque ad finem anni 2299.

Aur. num.	16	17	18	19	1	2	3	4	5	6
Epactæ.	xiij.	xxiiij.	v.	xvj.	xxviij.	ix.	xx.	j.	xij.	xxiij.
Litt. Mart.	n	E	e	r	M	i	A	a	m	D
Aur. num.	7	8	9	10	11	12	13	14	15	
Epactæ.	iiij.	xv.	xxvj.	vij.	xviij.	xxix.	x.	xxj.	ij.	
Litt. Mart.	d	q	G	g	t	N	k	B	b	

Verum eædem hæ Epactæ, & litteræ Martyrologij facilius ex tabella perpetua litterarum Martyrologij extrahentur. Cum enim Aureus numerus 3. tribuatur cellulæ litteræ A, maiusc. & Aureus numerus 4. sequenti cellulæ ad dexteram, &c. Aureus autem numerus 2. detur cellulę illi, quę cellulam litteræ A, ad sinistram præcedit, & Aureus numerus 1. alteri cellulæ præcedenti, scribendæ erunt Epactæ & litteræ Martyrologij sub Aureis numeris huius tabellæ temporarię, quemadmodum in tabella illa perpetua litterarum Martyrologij Aureis numeris respondent, vt in exemplo factum esse cernis. Hinc facile etiam apparet, qua ratione superiores tres tabellæ temporariæ sint constructæ. Porrò faciliores adhuc vias inueniendæ tam Epactæ, quàm litteræ Martyrologij quolibet anno, reperies in libro nouæ rationis restituendi kalendarij Romani, quarum vna ex tabula Epactarum expansa, duæ vero aliæ ex rota mobili desumuntur: quas quoniã maius spatium exposcunt, & non tã facile imprimi possunt, consulto hic omittimus.

Cæterum quotiescumque post aliquam tabellam litterarũ Martyrologij respondentium Aureis numeris & Epactis alia subsequẽs assumitur, prout litterę in tabella æquationis indicabũt, pronuntiabitur Luna in kalendis Ianuarij eadem quæ vltimo die Decembris præteriti.

Quoniam

Quoniā enim tunc Aureis numeris respondent Epactæ vna vnitate minores, quàm in præcedenti tabella, fit, vt Nouilunia in Calendario contingant vno die tardius, quàm ante. Quare mirū nō est, quod in Kalendis Ianuarij eadē Luna pronuntietur, quę vltimo die Decembris præteriti, vt fiat quasi status Lunæ: quia hac ratione postponentur omnia Nouilunia in Kalendario vno die, vt æquatio Lunæ exigit. Exemplum. Anno 1699. in quo vsum habet adhuc prima tabella litterarū Martyrologij, est Aureus numerus 9. ac propterea Epacta xx & littera Martyrologij N. maiuscula, sub qua vltimo die Decembris inuenietur Luna esse decima. Deinde anno sequenti 1700. assumitur sequens tabella, estq; Aureus numerus 10. ac propterea Epacta ix. & littera Martyrologij i. sub qua in kalendis Ianuarij reperietur Luna iterū esse decima, quemadmodum vltimo die Decembris inuenta fuit: quia tūc propter æquationē Lunæ fit Nouiluniū die 22. Ianuarij, vbi ponitur Epacta cū alioquin fieri debuisset, si æquatio Lunæ non fuisset facta, die 21. Ianuarij, vbi ponitur Epacta quæ sequi debuisset Epactā xxix. præcedentis anni 1699. cū additis 11. ad 29. fiant 40. à quibus si reiiciantur 30. remanent x. pro Epacta sequentis anni 1700. quæ tamen propter Lunæ æquationē relinquitur, & assumitur Epacta ix. vna vnitate minor. Rursus anno 1899. in quo vsum adhuc habet secunda tabella litterarū Martyrologij, est Aureus numerus 19. ac propterea Epacta xvij & littera Martyrologij sub qua vltimo die Decēbris reperietur Luna esse vigesimanona. Deinde anno sequenti 1900. assumitur sequens tabella, estq; Aureus numerus 1. ac proinde Epacta xxix. & littera Martyrologij N, maiuscula, sub qua in Kalēdis Ianuarij inuenietur Luna esse trigesima. Sed quoniā, vt supra diximus, quando Aureus numerus currit 1. pronuntianda est Luna in Ianuario vna die minor, quàm annotatum est, vsque ad proximum Nouilunium,

nium, pronuntiabitur tũc Luna iterum vigesimanona, quemadmodum vltimo die Decembris.

Quando verò post aliquã tabellã litterarũ Martyrologij respondentiũ Aureis numeris & Epactis, iterũ proximè antecedens tabella assumitur, quando nimirũ in tabula æquationis ea littera reassumitur, quę in præcedẽti centesimo posita fuerat, pronũtiabitur Luna in Kalẽdis Ianuarij duobus diebus maior, quàm vltimo die Decẽbris pręteriti. Quoniã enim tũc Aureis numeris respondẽt Epactæ vna vnitate maiores, quàm prius, cũ nõdum æquatione indigeret Luna, fit, vt Nouilunia in kalendario contingant vno die citius, quàm ante. Quare mirum nõ est, quòd in Kalẽdis Ianuarij Luna pronũtietur duobus diebus maior, quàm vltimo die Decẽbris præteriti, vt fiat quasi saltus Lunæ: quia hac ratione omnia Nouilunia in Kalendario anteuertẽt sedes suas vno die, vt æquatio Lunę postulat. Exemplũ. Anno 2399. respondet in tabula æquationis littera u, estq; Aureus numerus 6. Epacta xxij. & littera Martyrologij C, maiuscula, sub qua vltimo die Decẽbris deprehendetur Luna esse tertia. Deinde anno sequenti 2400. respondet in tabula æquationis alia littera, nempe A, maiuscula, eadẽ quę respõdebat centesimo 2200. ante centesimũ 2300. estque Aureus numerus 7. Epacta iiij. & littera Martyrologij d, minuscula, sub qua in Kalẽdis Ianuarij reperietur Luna esse quinta, nimirũ duobus diebus maior, quàm vltimo die Decẽbris: quia tũc propter æquationẽ Lunæ fit Nouiluniũ die 27. Ianuarij, vbi ponitur Epacta iiij. cũ alioquin fieri debuisset, si ęquatio Lunæ non esset adhibita, die 28. Ianuarij, vbi ponitur Epacta iij. quę sequi debuisset Epactã xxij. præcedẽtis anni 2399. cum additis 11. ad 22. fiant 33. à quibus si reiiciantur 30. remanent iij. pro Epacta sequentis anni 2400. quæ tamen propter æquationem Lunę non assumitur, sed in eius locum succedit Epacta iiij. vna vnitate maior, vt dictum est.

TABEL-

TABELLA TEMPORARIA litterarum Martyrologij.

Anni Dñi.	Aure. num.	Epactæ.	Litte. Mart.	Anni Dñi.	Aure. num.	Epactæ.	Litte. Mart.
1583	7	vij	g	1613	18	xviij	h
1584	8	xviij	t	1614	19	xxix	u
1585	9	xxix	N	1615	1	j	a
1586	10	x	k	1616	2	xij	m
1587	11	xxj	B	1617	3	xxiij	D
1588	12	ij	b	1618	4	iiij	d
1589	13	xiij	n	1619	5	xv	q
1590	14	xxiiij	E	1620	6	xxvj	G
1591	15	v	e	1621	7	vij	g
1592	16	xvj	r	1622	8	xviij	t
1593	17	xxvij	H	1623	9	xxix	N
1594	18	viij	h	1624	10	x	k
1595	19	xix	u	1625	11	xxj	B
1596	1	j	a	1626	12	ij	b
1597	2	xij	m	1627	13	xiij	n
1598	3	xxiij	D	1628	14	xxiiij	E
1599	4	iiij	d	1629	15	v	e
1600	5	xv	q	1630	16	xvj	r
1601	6	xxvj	G	1631	17	xxvij	H
1602	7	vij	g	1632	18	viij	h
1603	8	xviij	t	1633	19	xix	u
1604	9	xxix	N	1634	1	j	a
1605	10	x	k	1635	2	xij	m
1606	11	xxj	B	1636	3	xxiij	D
1607	12	ij	b	1637	4	iiij	d
1608	13	xiij	n	1638	5	xv	q
1609	14	xxiiij	E	1639	6	xxvj	G
1610	15	v	e	1640	7	vij	g
1611	16	xvj	r	1641	8	xviij	t
1612	17	xxvij	H	1642	9	xxix	N

RVBRICÆ MAR-
TYROLOGII.

LEctio Martyrologij recitatur quotidie in Choro ad Primam ante Verſ. *Pretioſa.* excepto triduo ante Paſcha, quibus diebus omittitur.

Legitur autem ſemper præcedenti die lectio illa, quæ memorias Sanctorum ſequentis diei continet, præponendo Kalendas, nonas, vel idus, & quantitatem Lunæ eiuſdem ſequentis diei.

Lector non petit benedictionem, ſed abſolutè incipit à Kalendis, vt ſupra: qui etiam in fine leget lectionem breuem ad abſolutionem Capituli.

Feſta, de quibus eo die fit officium, ſemper primo loco ponuntur: quod etiam ſeruandum erit & in Feſtis mobilibus, quæ pronuntianda ſunt vt infra dicetur, & in Sanctis propriis particularium Eccleſiarum in hoc Martyrologio non appoſitis, qui in iis tantum Eccleſiis & locis, vbi pręcipuè memoria eorũ celebris habetur, legi poterunt etiam primo loco, ſi de illis ibidem agatur officium: ſi verò non agatur, poſt Sanctos in hoc Martyrologio deſcriptos, ordine ſuo, videlicet Martyres poſt Martyres, Confeſſores poſt Confeſſores, & Virgines poſt Virgines.

In fine cuiuſlibet diei ſemper additur: *Et alibi aliorum plurimorum ſanctorum Martyrum & Confeſſorum, atq; ſanctarum Virginum.* Et reſpondetur à Choro: *Deo gratias.*

Feſta mobilia cùm ſingulis annis mutentur, in Martyrologio non potuerunt adſcribi, ſed hoc loco poſita ſunt, vt vnumquodque poſt Kalendarum & Lunæ

pronuntiationem immediatè præponatur lectioni Martyrologij illius diei, in qua eo anno celebrabitur, hoc modo.

Feria tertia post Dominicam Quinquagesimæ.

Dies Cinerum, & initium ieiunij sacratissimæ Quadragesimæ.

Sabbato ante Dominicam Palmarum.

Dominica Palmarum, quando Dominus noster Iesus Christus iuxta Zachariæ prophetiam sedens super pullum asinæ Hierosolymam intrauit, cui turba cum ramis palmarum obuiam venit.

Feria quarta maioris hebdomadæ.

Cęna Dominica, quando Christus Iesus mysteria corporis & sanguinis sui discipulis tradidit celebranda.

In die sancto Paschæ.

Hac die quam fecit Dominus, Resurrectio Saluatoris nostri Iesu Christi secundum carnem.

In Vigilia Ascensionis.

In Monte oliueti Ascensio Domini nostri Iesu Christi.

In Vigilia Pentecostes.

Dies Pentecostes, quando Spiritus sanctus Hierosolymis super discipulos igneis linguis aduenit.

Sabbato infra Octauam Pentecostes.

Festum sanctissimæ & indiuiduæ Trinitatis.

Feria quarta post Octauam Pentecostes.

Festum sacratissimi Corporis Christi.

AD

AD ABSOLVTIONEM CAPITVLI IN DOMINICIS & ferijs per annum.

Ab octaua Epiphaniæ vsque ad Quadrag. & ab octaua Pentecost. vsque ad Aduentum, Lectio breuis.

Dominus autem dirigat corda & corpora nostra in charitate Dei & patientia Christi.

A Dominica prima Aduentus vsque ad Vigiliam Natiuitatis Domini exclusiuè.

Domine miserere nostri: te enim expectauimus: esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis.

In Vigilia Natiuitatis Domini.

Per quem accepimus gratiam & apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi Dñi nostri.

In die Natiuitatis Domini, & in die Circuncisionis.

Ipsi peribunt tu autem permanebis: & omnes sicut vestimentum veterascent: & velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

In Festo S. Stephani Protomartyris.

Positis autem genibus clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum: & cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino.

In festo S. Ioannis Apost. & Euang.

In medio ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum Dñs spiritu sapientię & intellectus, & stolā glorię induit eū.

In festo SS. Innocentium.

Hi empti sunt ex omnibus primitiæ Deo & agno, & in

ore ipſorum nõ eſt inuentum mendaciũ: ſine macula enim ſunt ante thronum dei.

In Dominica infra octauam Natiuit. & in Vigilia Epiphaniæ.

Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius: quod ſi filius, & hæres per Deum.

In Epiphania Domini.

Omnes de Saba veniẽt, aurum & tus deferentes, & laudem Domino annunciantes,

A Dominica j. Quadrag. vſque ad Dominicam Paſſionis excluſiuè.

Quærite Dominum dum inueniri poteſt: inuocate eum dum prope eſt.

A Dominica Paſſionis vſque ad feriam quintam in Cœna Domini excluſiuè.

Faciem meam nõ auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me: Domine Deus auxiliator meus, & ideo non ſum confuſus.

A Dominica Reſurrectionis vſque ad Aſcenſionem excluſiuè.

Si conſurrexiſtis cũ Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram.

In Aſcenſione Domini.

Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.

In Dominica infra octauam Aſcenſionis.

Si quis loquitur, quaſi ſermones Dei, ſi quis miniſtrat, tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus. Vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

In feſto Pentecoſtes.

Iudæi quoq; & Proſelyti, Cretes & Arabes, audiuimus eos loquentes noſtris linguis magnalia Dei.

In

In festo S. Trinitatis.

Tres sunt qui testimoniũ dant in Cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum sunt.

In festo Corporis Christi.

Quicumq; manducauerit panem, & biberit calicẽ Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini.

In Dominica infra octauam Corporis Christi.

Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate.

AD ABSOLVTIONEM CAPITVLI IN FESTIS habentibus proprium Officium, Lectio breuis.

In festo S. Andreæ.

Isaias enim dicit: Dñe quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autẽ per verbum Christi. sed dico: Nunquid nõ audierũt? Et quidẽ in omnẽ terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum.

In Conceptione B. Mariæ virginis. **In plateis.** vt in Natiuitate eius.

In Conuersione S. Pauli Apost.

Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christis.

In festo Purificationis B. Mariæ Virginis.

Et placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui, dicit Dominus omnipotens.

In festo Annunciationis B. Mariæ Virginis.

Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini.

In festo Inuentionis S. Crucis.

Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem,

tem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen.

In Apparitione S. Michaelis Archang. vt in alio festo mense Septembri.

In Natiuitate S. Ioannis Baptistæ.

Reges videbunt & consurgent principes, & adorabunt Dñm Deum tuum, & sanctum Israël qui elegit te.

In Festo Apostolorum Petri & Pauli.

Et Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & liberauit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

In Commemoratione S. Pauli Apostoli.

Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei: gratia autem Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit.

In Visitatione B. Mar. Virg. In plateis, vt in Natiui. eius.

In festo S. Petri ad Vincula.

Et Petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio verè, quia misit Dominus Angelum suum, & liberauit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

In Inuentione S. Stephani. vt in alio eius Festo.

In festo S. Marię ad Niues. In plateis, vt in Natiuit. eius

In festo transfigurationis Domini.

Sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo à Deo, habentem claritatem Dei, & lucerna eius est Agnus.

In festo S. Laurentij Martyris.

Potens est autem Deus omnē gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum sicut scriptum est: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.

In As-

In Assumptione B. Mariæ Virg. **In plateis.** vt in eius Natiuitate.

In Natiuitate S. Mariæ Virginis.

In plateis sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.

In Exaltatione S. Crucis. **Humiliauit.** vt in Inuẽtione.

In dedicatione S. Michaelis Archangeli.

Factum est prælium magnum in cœlo: Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone: & draco pugnabat, & Angeli eius, & non præualuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo.

In festo omnium Sanctorum.

Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo Deo nostro in secula seculorum Amen.

AD ABSOLVTIONEM CAPITVLI, QVANDO FIT officium de Communi Sanctorum.

Lectio breuis.

In natali Apostolorum.

Ibant Apostoli gaudentes à cõspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati.

In Communi Apostolorum & Euangelistarum: Item Martyrum tempore Paschali.

Scimus quoniã diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ, his qui secundũ propositũ vocati sunt sancti.

In Communi vnius Martyris extra tempus Paschale.

Iustus cor suũ tradidit ad vigilandum diluculo ad Dñm qui fecit illum, & in cõspectu altissimi deprecabitur.

In Cõmuni plurimorũ Martyrũ extra tẽpus Paschale.

Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent: iudicabunt nationes & dominabuntur populis:

pulis: & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

In Communi Confessorum pontificum.

Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius, & offerre illi incensum dignum in odorem suauitatis.

In Communi Confessorum non Pontificum.

Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum: honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius.

In Communi Virginum.

Domine Deus meus, exaltasti super terrã habitationem meam, & pro morte defluente deprecata sum: inuocaui Dominum Patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio.

In Communi Sanctæ Martyris tantum.

Laudabit vsque ad mortem anima mea Dominũ: quoniam eruis sustinentes te: & liberas eos de manu angustiæ, Domine Deus noster.

In Communi Sanctæ nec virginis nec Martyris.

Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Fallax gratia & vana pulchritudo, mulier timens Dominum ipsa laudabitur.

In Communi Dedicationis Ecclesiæ.

Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt, & dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia.

Quando fit Officium B. Mariæ in Sabbato.

In plateis sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.

MARTYROLOGIVM ROMANVM,

Singulis anni diebus iuxta nouam Kalendarij rationem accommodatum.

Gregorij XIII. Pont. Max. iussu editum.

1 **Kalendis Ianuarij. Luna.** A *

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18

t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1



CIRCVNCISIO Domini nostri IESV Christi, & Octaua Natiuitatis eiuſdẽ. Romæ ſancti Almachij martyris, qui iubẽte Alipio Vrbis præfecto, cum diceret: Hodie octauæ Dominici diei ſunt, ceſſate à ſuperſtitionibus idolorum, & à ſacrificiis pollutis; à gladiatoribus occiſus eſt. Ibidem via Appia coronæ ſanctorum militum triginta ſub Diocletiano Imperatore. Itẽ Romæ ſanctæ Martinæ virginis, quæ ſub Alexandro Imperatore diuerſis tormentorũ generibus cruciata, tandẽ gladio martyrij palmam adepta eſt. Apud Spoletum ſancti Concordij presbyteri &

martyris,qui temporibus Antonini Imperatoris primo fustibus cæsus, de hinc equuleo suspensus,ac postea in carcere maceratus,ibique angelica visitatione cōsolatus,demum gladio vitam finiuit.Eodē die sancti Magni martyris.Cęsareę inCappadocia,depositio sancti Basilij Episcopi, cuius celebritas decimooctauo kalendas Iulij, quādo fuit episcopus ordinatus,potissimū recolitur.In Africa,beati Fulgentij ecclesiæ Ruspēsis episcopi, qui tēpore Vuandalicæ persecutionis, ob catholicam fidem eximiamq; doctrinam,ab Arianis multa perpessus,& in Sardiniam relegatus, tandem ad propriam ecclesiā redire permissus, vita & verbo clarus, sancto fine quieuit. In territorio Lugdunensi, monasterio Iurensium, S.Eugendi abbatis, cuius vita virtutibus, miraculis plena refulsit.Apud Siluiniacū,S.Odilonis abbatis Cluniacensis, qui primus Commemorationē omnium fidelium defunctorū sequenti die post festum omniū Sanctorum in suis monasteriis fieri præcepit, quem ritum postea vniuersalis Ecclesia secuta est. Alexandriæ sanctæ Euphrosynæ virginis.

Et alibi aliorum plurimorum sanctorū Martyrum & Confessorum,atque sanctarum Virginum. *Resp.* Deo gratias. *Sic semper terminatur lectio Martyrologij.*

Quarto

2 Quarto nonas Ianuarij. Luna. B xxix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

OCtaua ſancti Stephani. Romæ, commemoratio plurimorum ſanctorum Martyrum, qui ſpreto Diocletiani Imperatoris edicto, quo tradi ſacri codices iubebantur, potius corpora carnificibus, quàm ſancta dare canibus maluerunt. Tomis in Ponto, ſanctorum trium fratrum Argei, Narciſſi, & Marcellini, qui ætate iunior, ſub Licinio principe adſcriptus militiæ inter tyrones, cũ militare nollet, cæſus ad mortem, & diu in carcere maceratus, atque in mare merſus, martyrium conſummauit: fratres verò gladio cęſi ſunt. Ancyrę in Galatia, ſancti Baſilij presbyteri, qui diuerſa ſentiens à Baſilio eiuſdem vrbis epiſcopo Ariano, aduerſus hæreticos primũ, inde aduerſus Iulianum Apoſtatam fortiter agens, meruit coronari martyrio. Papiæ, ſancti Criſpini epiſcopi & cõfeſſoris. Nitrię in Aegypto ſancti Iſidori epiſcopi & cõfeſſoris. Ipſo die, ſancti Siridonis epiſcopi. Rauennæ, ſancti Barbatiani presbyteri & cõfeſſoris. In Thebaide, ſancti Macarij abbatis.

C Tertio nonas Ianuarij. Luna. 3
xxviij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
21	22	23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3			

OCtaua S.Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtę. Romę via Appia natalis ſancti Anteri Papę, qui ſancto Pontiano ſucceſſit, paſſuſque ſub Maximino Imperatore, ſepultus eſt in cœmeterio Calliſti. Eodem die ſancti Petri, qui in ciuitate Aulana crucis ſupplicio eſt interemptus. In Elleſponto ſanctorũ martyrum Cyrini, Primi, & Theognis. Cæſareæ in Cappadocia ſancti Gordij centurionis, de cuius laudibus extat pręclara Baſilij magni in eius die feſto habita oratio. In Cicilia ſanctorũ martyrum Zoſimi, Athanaſij commentarienſis, Theopenti, & Theonæ, qui in perſecutione Diocletiani illuſtre martyrium obiere. Patauij ſancti Danielis martyris. Viennæ in Galliis ſancti Florentij epiſcopi, qui Gallieni Imperatoris tempore multatus exilio, illic martyrium conſummauit. Lutetiæ Pariſiorum ſanctæ Genouefuæ, quę à ſancto Germano epiſcopo Antiſiodorenſi Chriſto dicata, admirandis virtutibus & miraculis claruit.

Pridie

4 Pridie nonas Ianuarij. Luna. D xxvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
22	23	24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4			

OCtaua SS. Innocentiũ. Cretæ ſancti Titi, qui ordinatus ab Apoſtolo Paulo Cretenſium epiſc. poſt prædicationis officiũ fideliſſimè conſummatũ, beatũ finẽ adeptus, in eccleſia vbi fuerat conſtitutus epiſc. ſepelitur. Romę ſanctorum martyrum Priſci presbyteri, & Priſcilliani clerici minoris ordinis, & Benedictę religioſę feminæ, qui tẽpore Iuliani Apoſtatæ martyrium gladio cõpleuerunt. Ibidẽ ſanctæ Dafroſæ vxoris Fabiani martyris, quæ poſt viri necẽ exilio relegata, ſub eodẽ Imperatore capite puniri iubetur. Bononiæ SS. Hermetis, Aggęi, & Caij martyrũ, qui ſub Maximiano Imperarore ſunt paſſi. Adrumenti in Africa commemoratio S. Mauili martyris, qui in perſecutione Seueri Imperatoris à Scapula ſæuiſſimo præſide damnatus ad beſtias, martyrij coronã accepit. Eadẽ die in Africa ſanctorũ martyrum Aquilini, Gemini, Eugenij, Martialis, Quincti, Theodori, & Tryphonis. Lingonis, S. Gregorij epiſc. & cõfeſſoris miraculis clari. Treueris S. Rogoberti epiſc. & cõfeſſoris.

E
xxvj.

Nonis Ianuarij. Luna. 5

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	29	30	30	1	2	3	4	5

VIgilia Epiphaniæ. Romæ S. Teleſphori Papæ, qui poſt ſanctum Xyſtum ſedit, & ſub Ântonino Pio poſt multos labores (inquit S. Irenæus) glorioſiſſimè martyriū fecit. In Ægypto cōmemoratio plurimorū ſanctorū Martyrū, qui in Thebaide in perſecutione Diocletiani modò ſexaginta, modò centum vna die diuerſo genere tormentorū cæſi ſunt; quæ ſanctorū carnificina in multos annos perdurauit. Bergomi, S. Domnionis martyris. Antiochiæ, ſancti Symeonis monachi, cuius vita & conuerſatio extitit admirabilis. Hic multos annos ſtans in columna vitā duxit, ob idque Stylitæ cognomen habuit. In Anglia, ſancti Edouardi Regis, virtute caſtitatis, & gratia miraculorū inſignis. Alexandrię, ſanctę Syncleticæ, cuius res præclarè geſtas S. Athanaſius litterarū monumētis commendauit. Romę, S. Æmilianæ virginis, amitæ S. Gregorij Papæ, quæ vocante Tarſilla ſorore, quę ad Deum pręceſſerat, hac ipſa die migrauit ad Dominum. Eadem die ſanctæ Appollinaris virginis.

Octauo

6 Octauo idus Ianuarij. Luna. F xxv.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ 25
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

EPiphania Domini. In territorio Rhemenſi S. Macrę virginis, quę in perſecutione Diocletiani, iubēte Rictiouaro prę ſide, cū in ignem eſſet præcipitata, & permāſiſſet illæſa, māmillis abſciſſis, & ſqualore carceris afflicta, ſuper teſtas etiā acutiſſimas ac prunas volutata, orās migrauit ad Dn̄m. In Africa cōmemoratio plurimorū SS. Martyrū, qui in perſecutione Seueri ad palum ligati frequenti cœtu igne cōſumpti ſunt. Redonis in Galliis, S. Melanij Epiſc. qui poſt innumerabilium ſigna virtutum, iugiter cælo intentus, glorioſus migrauit à ſæculo. Geris in Ægypto, S. Nilamonis recluſi, qui dū ad epiſcopatū traheretur inuitus, precibus apud Deum agens, ſolutus corpore, ſimulq; periculis, migrauit in cælum.

7 Septimo idus Ianuarij. Luna. G xxiiij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
t u A B C D E F F G H M N P
25 26 27 28 29 30 1 2 2 3 4 5 6 7

ANtiochiæ B. Luciani presbyteri & mart. qui ſatis clarus doctrina & eloquẽtia, paſſus eſt Nicomediæ ob confeſſionem Chriſti in perſecutione Maximini, ſepultuſq; eſt Helenopoli in Bithynia, cuius laudes ſanctus Ioannes Chryſoſtomus ſermonibus celebrauit. Ibidem S. Cleri diaconi, qui pro gloria cõfeſſionis ſepties tortus, & in carcere diutius maceratꝰ, poſtremo decollatus, martyriũ cõſummauit. Heracleæ SS. martyrum Felicis, & Ianuarij. In Dania S. Canuti Regis & martyris, quem cum plebs furens occidiſſet, peſte & fame à Deo percuſſa eſt. In Dacia S. Nicetæ epiſcopi, qui feras & barbaras gentes Euangelij prędicatione reddidit pias & manſuetas. In Aegypto S. Theodori monachi, qui tempore Conſtantini Magni floruit ſanctitate.

A xxiij. Sexto idus Ianuarij. Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F F G H M N P

26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

BEllouaci in Galliis SS. martyrum Luciani presbyteri, Maximiani & Iuliani, quorum duo vltimi à perſecutoribus gladio perẽpti ſunt: beatus autem Lucianus, qui cum S. Dionyſio in Galliã venerat, poſt nimiã cædem cum Chriſti nomen

nomen confiteri non timuiſſet, priorum ſententiam & ipſe excepit. Item ſancti Eugeniani martyris. In Libya ſanctorum martyrum Theophili diaconi, Helladij, qui primo laniati, ac teſtulis peracutis compuncti, demum in ignẽ coniecti, animas Deo reddiderunt. Hierapoli in Aſia S. Apollinaris eiuſdem ciuitatis epiſcopi, qui ſub Marco Antonino Vero ſanctitate atq; doctrina floruit. Neapoli in Cãpania natalis S. Seuerini epiſc. fratris beati Victorini martyris, qui poſt multarum virtutum perpetrationẽ, plenus ſanctitate quieuit. Papię S. Maximi epiſcopi & confeſſoris. Metis S. Patientis epiſcopi. Eodem die apud Noricos ſancti Seuerini abbatis, qui apud eam gentẽ Euangelium propagauit, & Noricorũ dictus eſt Apoſtolus. Eius corpus ad Lucullanum prope Neapolim diuinitus delatum, inde poſtea ad monaſteriũ S. Seuerini tranſlatum eſt.

9 Quinto idus Ianuarij. Luna. B xxij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
27	28	29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9			

ANtiochię ſub Diocletiano & Maximiano natalis ſanctorũ Iuliani martyris, & Baſilicæ virginis, vxoris eius, quæ cũ viro ſuo virginitate

nitate ſeruata, in pace vitã finiuit: Iulianus verò poſtquã multitudo ſacerdotũ, & miniſtrorum Eccleſiæ Chriſti, quę propter immanitatẽ perſecutionis ad eũ cõfugerat, igne cremata eſt, Marciani præſidis iuſſu plurimis tormẽtis cruciatus, capitalẽ ſententiã accepit: cũ quo etiã Antonius presbyter, & Anaſtaſius, quem ipſe Iulianus à morte ſuſcitatũ, gratię Chriſti participẽ fecerat, & Celſus puer, vna cũ matre ſua Marcianilla, & ſeptẽ fratribus, aliiq; plurimi paſſi ſunt. In Mauritania Cæſarienſi, S. Marcianæ virginis, quę beſtiis tradita, martyrium conſummauit. Smyrnæ ſanctorũ martyrum Vitalis, Reuocati, & Fortunati. In Africa ſanctorũ martyrũ Epicteti, Iucundi, Secundi, Vitalis, Felicis, & aliorum ſeptẽ. Sebaſtæ in Armenia, S. Petri epiſcopi fratris ſancti Baſilij. Anconæ, ſancti Marcellini epiſcopi, qui vrbem illam, vt ſanctus Gregorius ſcribit, diuina virtute ab incendio liberauit.

C xxj. Quarto idus Ianuarij. Luna. 10

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

IN Cypro, beati Nicanoris diaconi de ſeptem primis, qui gratia fidei, & virtute admirãdus, glorio-

glóriosiſſimè coronatus eſt. Melitinæ in Armenia, S.Polyeucti mart.qui in perſecutione Decij Imperatoris multa paſſus, adeptus eſt coronam martyrij. Romę, S.Agathonis Papæ, qui Domno ſucceſſit, & ſanctitate & doctrina cõſpicuus quieuit in pace. Conſtantinopoli, S.Marciani presbyteri œconomi. In Thebaide, natalis S. Pauli primi eremitæ, cuius animam inter Apoſtolorum & Prophetarum choros in cęlum ferri ab angelis S.Antonius vidit. Eius autem dies feſtus xviij. Kal. Februarij celebratur.

11 Tertio idus Ianuarij. Luna. D

xx.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N P
29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

ROmæ, S.Hyginij Papæ, qui poſt ſanctum Teleſphorũ rexit Eccleſiam, & in perſecutione Antonini glorioſe martyriũ cõſummauit. In Africa, beati Saluij martyris, de quo ſanctus Auguſtinus tractatũ habuit. Alexãdrię, ſanctorum martyrum Petri, Seueri, & Leucij. Firmi in Piceno, ſancti Alexandri epiſcopi & martyris. Ambiani, S.Saluij epiſc. & martyris. Brunduſij, ſancti Leucij epiſcopi & martyris, qui cum plurimos conuertiſſet ad fidem, ſub Seuero Impe-

ratore

ratore accepit coronam martyrij. In Cappadocia in vico Magariaſſo ſancti Theodoſij cœnobiarchæ, qui ſanctitate celebris, pro fide catholica certans, multa paſſus, tandem in pace quieuit. Suppentoniæ apud montẽ Soractem ſancti Anaſtaſij monachi, & ſociorum, qui vocati diuinitus, migrarunt ad Dominum. In Thebaide ſancti Palęmonis abbatis, magiſtri S. Pachomij. Papiæ ſanctæ Honoratæ virginis.

E xix. Pridie idus Ianuarij. Luna. 12

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29

t u A B C D E F F G H M N P

30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

ROmæ ſanctæ Tatianæ martyris, quæ ſub Alexandro Imperatore vncis atque pectinibus laniata, ſecuri demũ percuſſa migrauit in cælum. In Achaia S. martyris Satyri, qui tranſiens ante quoddam idolum, ſignans ſibi frontem, cum exufflaſſet in illud, ſtatim corruit, ob quã cauſam decollatus eſt. In Mauritania S. Arcadij mar. genere & miraculis clari. In Africa SS. mart. Zotici, Rogati, Modeſti, Caſtuli, & Coronę militũ quadraginta. Epheſi paſſio ſanctorum quadragintaduorũ Monachorũ, qui ob cultum ſanctarũ imaginũ ſub Cõſtantino Copronymo trun-

truncatis naribus, barbisq; illitis pice cōbustis, in balnei fornice clausi, ibiq; fame consumpti, martyrio coronantur. Constantinopoli sanctorum Tigrij presbyteri, & Eutropij lectoris, qui Arcadij Imp. tēpore in odiū S. Ioannis Chrysostomi cōiecti in carcerē, incendio falsò accusati sunt: quorū Eutropius fustibus cęsus, & vngulis laniatus moritur; Tigrius sæuiora passus, in pace quieuit. In Anglia S. Benedicti abbatis, qui edoctus Romę monasticā disciplinā, reuersus in patriā, eandem multiplicato fœnore propagauit.

13 Idibus Ianuarij. Luna. F xviij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

OCtaua Epiphaniæ. Romæ via Lauicana Coronæ SS. militum quadraginta, quas sub Gallieno Imperatore pro confessione fidei percipere meruerunt. Singidoni in Mysia superiori sanctorū martyrū Hermyli, & Stratonici, qui post sæua tormenta sub Licinio Imperatore in Istrum flumē demersi sunt. In Sardinia sancti Potiti martyris, qui sub Antonino Imperatore, & Gelasio pręside multa passus, demū gladio est martyrium cōsecutus. Pictauis natalis S. Hilarij episco-

epiſcopi & confeſſoris, qui ob catholicā fidem quadriennio apud Phrygiā relegatus, cū fidem catholicā ſtrenuè propugnaſſet, inter alia miracula fertur, quòd mortuū ſuſcitauit. Cęſareæ in Cappadocia, S. Leontij epiſc. & cōfeſſoris, qui ſub Licinio aduerſus gentiles, ſub Conſtantino aduerſus Arianos plurimū decertauit. Apameæ in Syria, ſanctæ Glaphyræ Virginis.

G xxvij. Decimonono Kalendas Febr. Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1
t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

NOlæ in Cāpania, natalis S. Felicis presbyteri, de quo ſanctus Paulinus epiſcopus ſcribit, quòd cum poſt tormenta in carcerē mitteretur, diſtentusq; ſuper cochleas & teſtulas iaceret, fuit liberatus ab angelo. Spoleti, S. Pontiani martyris, qui ſub Antonino Imp. & Iuliano præſide, verbera, ardentes prunas, plumbum liquatum, & leones perpeſſus, martyriū conſummauit. Viterbij, S. Hilarij diaconi, qui vna cū Valentino presbytero in perſecutione Maximiani Imperatoris, ob Chriſti fidē demerſus eſt in Tiberim, ſed liberatus ab āgelo, iterato certamine, aſſecutus eſt coronā martyrij. In Sina mōte, ſanctorum

ctorũ trigintaocto Monachorũ à Saracenis ob Chriſti fidẽ interfectorũ. In Ægypto in Raithu, ſanctorũ quadraginta trium Monachorum ob eandẽ cauſam à Blemmiis occiſorũ. Mediolani, S. Datij epiſcopi, qui ab Arianis expulſus, miraculis clarus quieuit in pace. In Syria, S. Sabbæ ſenioris, qui Valentis Imperatoris tempore, virtute miraculorum, fidẽ catholicã Antiochiæ penè collapſam erexit. Neocæſareæ in Ponto, ſanctæ Macrinæ diſcipulæ S. Gregorij Thaumaturgi, auię ſancti Baſilij, quæ eundẽ educauit in fide.

5 Decimooctauo Kal. Febr. Luna. A xvj.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

IN territorio Andegauenſi, S. Mauri abbatis, diſcipuli ſancti Benedicti, cuius diſciplinis ab infantia eruditus, quantũ in eis profecerit, inter alia (res noua, & poſt Petrum inuſitata) pedibus ſuper aquas incedẽs patefecit: in Gallias inde ab eo directus, miraculorum gloria clarus in pace quieuit. Eadẽ die, SS. Habacuc, & Michææ prophetarũ, quorũ corpora ſub Theodoſio ſeniore ſunt inuẽta. Clari in Sardinia, S. Ephiſij mart. qui in perſecutione Diocletiani, ſub Flauiano iudice

iudice decertauit. Anagniæ natalis S. Secundinæ virginis & martyris, quæ ſub Decio Imperatore, & Aureliano præfecto multa paſſa, in odorem vnguentorũ ſuorũ, qui è cicatricibus emanabat, coronata martyrio cucurrit ad ſponſum. Nolæ in Campania S. Maximiani epiſcopi & cõfeſſoris. Aruernis in Galliis S. Boniti epiſcopi & confeſſoris. In Ægypto S. Macarij abbatis diſcipuli Beati Antonij, vita & miraculis celeberrimi. Romæ S. Ioannis Calybitæ, qui Hieroſolymam peregrinatus, diu poſt inde rediens, in tugurio iuxta domũ paternã delituit in inſula Tiberina, vbi celebri memoria colitur.

B
xv. Decimoſeptimo Kal. Febr. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

ROmæ via Salaria ſancti Marcelli Papæ, qui poſt ſanctũ Marcellinum in maxima tempeſtate Eccleſiã gubernauit, & ob fidei confeſſionem, iubente Maxentio tyrannno, primo fuſtibus cæſus, deinde in ſeruitium animalium cũ cuſtodia publica deputatus, indutus cilicio, confectusq; ærumnis, obdormiuit in Domino. Marrochij in Africa ſanctorum martyũ ordinis Minorum

Minorum Berardi, Petri, Accurſij, Adiuti, & Othonis. Arelati S. Honorati epiſcopi & confeſſoris, cuius vita doctrina & miraculis fuit illuſtris. Opitergij ſancti Titiani epiſcopi & confeſſoris. Rhinocururæ in Ægypto ſancti Melę epiſcopi, qui ſub Valente exilium & alia grauia pro fide catholica paſſus, in pace quieuit. Fundis in Campagnia S. Honorati abbatis, cuius caligula ſuper defunctũ impoſita, illum à mortuis ſuſcitauit. Romæ ſanctæ Priſcillæ, quæ ſe ſuaq́; martyrum obſequio mancipauit. Conſtantinopoli dies feſtus alterius Catenarũ, qua ſanctus Petrus Hieroſolymis vinctus fuit, ex quibus cùm ad ſanãdos oẽs virtus miraculorũ exiret, SS. Patres non immerito illas ſummis laudibus extulerũt.

17 Decimoſexto Kal. Febr. Luna. C xiiij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4

t u A B C D E F F G H M N P

5 6 7 8 9 10 11 12 12 13 14 15 16 17

IN Thebaide ſancti Antonij abbatis, qui multorum monachorum pater, vita & miraculis præclariſſimus vixit, vt teſtis eſt ſanctus Athanaſius, qui eius vitam inſigni volumine proſecutus eſt. Eius autem ſacrum corpus ſub Iuſtiniano Imperatore diuina reuelatione repertum,

Alexandriam delatum, in eccleſia ſancti Ioannis Baptiſtæ humatũ eſt. Lingonis, ſanctorũ ter geminorum, Speuſippi, Eleuſippi, & Meleuſippi, qui cũ auia ſua Leonilla martyrio coronati ſunt tempore Aureliani Imperatoris. Romæ, inuentio ſanctorum martyrum Diodori presbyteri, Mariani diaconi, & ſociorũ, qui ſub S. Stephano Papa cum in arenario agerent natalitia martyrum, à perſecutoribus obſtructa ianua cryptæ, & diruta deſuper mole, martyrium ſunt conſecuti. Bituricis, depoſitio S. Sulpicij Pij, cuius vita, & mors pretioſa, glorioſis miraculis commẽdatur. Romæ in monaſterio ſancti Andreæ, ſanctorum monachorum Antonij, Meruli, & Ioannis, qui ex pænitentiæ luctu vocati ſunt ad gaudia vitæ æternæ.

D
xiij. Decimoquinto Kal. Febr. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
6	7	8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18			

CAthedra ſancti Petri Apoſtoli, qua Romę primũ ſedit. Ibidem, natalis ſanctæ Priſcæ virginis & martyris, quæ ſub Claudio iuniore poſt multa tormenta eſt coronata martyrio. In Ponto, natalis ſanctorum martyrum Moyſis, & Ammonij,

Ammonij, qui cum eſſent milites, primò ad metalla dānati, nouiſſimè igni traditi ſunt. Ibidem S. Athenogenis antiqui Theologi, qui per ignē conſummaturus martyriū, hymnum lætus cecinit, quē & diſcipulis ſcriptū reliquit. Turonis in Galliis, ſancti Voluſiani epiſcopi, qui à Gothis captus, in exilio reddidit Deo ſpiritum. Ibidem ſancti Leobardi recluſi, qui mira abſtinentia & humilitate perſeuerans, in pace quieuit. Nouocomi, ſanctæ Liberatæ virginis.

19 Decimoquarto Kal. Febr. Luna. E xij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

ROmę via Cornelia, ſanctorum martyrum Marij & Marthæ coniugum, & filiorum Audifacis & Abachum Perſarum nobilium, qui orationis cauſa Romā peregrinati tēpore Claudij, poſt toleratos fuſtes, equuleū, vngues, ignes, manuumq́ue præciſionem, Martha in Nympha necata eſt: cæteri ſunt decollati, & corpora eorū incenſa. Smyrnæ ſancti Germanici martyris, qui cum primeuæ ætatis venuſtate floreret, ſub Marco Aurelio Antonino, & Lucio Aurelio diuinæ virtutis ope adiutus, corporeæ fragilitatis

metum excludens, ſponte paratam ſibi beſtiam damnatus à iudice prouocauit, cuius dentibus comminutus, vero pani Domino Ieſu Chriſto meruit incorporari. In Africa ſanctorum martyrum Pauli, Gerontij, Ianuarij, Saturnini, Succeſſi, Iulij, Cati, Piæ, & Germanę. In Cypro ſancti Theodoti, qui ſub Licinio multa paſſus, demũ in pace quieuit. Laudi, ſancti Baſſiani epiſcopi & confeſſoris, qui aduerſus hæreticos vna cum ſancto Ambroſio ſtrenuè decertauit.

F xj. Decimotertio Kal. Febr. Luna. 20

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7
t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 15 16 17 18 19 20

ROmæ S. Fabiani Papæ, qui ſancto Antero ſucceſſit, & ſub Decio Imperatore martyrium paſſus, in cœmeterio Calliſti ſepultus eſt. Ibidem ad Catacũbas ſancti Sebaſtiani martyris, qui ſub Diocletiano Imperatore cũ haberet principatũ primæ cohortis, iuſſus eſt ſub titulo Chriſtianitatis ligari in medio cãpo, & ſagittari à militibus, atq; ad vltimũ fuſtibus cædi, donec deficeret. Nicææ in Bithynia ſancti Neophiti martyris, qui quintumdecimum annum ætatis agens, flagris cæſus, in fornacem immiſſus, feris obiectus,

obiectus, cũ permaneret illęſus, & Chriſti fidem conſtanter profiteretur, à barbaro quodam occiſus, lætus obijt martyriũ. Ceſenæ ſancti Mauri epiſcopi, virtutibus & miraculis clari. Eadẽ die in Palæſtina natalis ſancti Euthymij abbatis, qui monaſtica obſeruantia, zelo catholicæ diſciplinæ, & virtute miraculorũ tempore Marciani Imperatoris in Eccleſia floruit.

21 Duodecimo Kalendas Febr. Luna. G x.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
9	10	11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21			

ROmæ S. Agnetis virginis, quæ ſub præfecto Vrbis Symphronio ignibus iniecta, ſed iis per orationem eius extinctis, gladio percuſſa eſt, de qua beatus Hieronymus hæc ſcripſit: Omnium gentium litteris atque linguis precipuè in Eccleſiis Agnes vita laudata eſt, quæ & ætatem vicit & tyrannum, & titulum caſtitatis martyrio conſecrauit. Athenis ſancti Publij epiſcopi, qui poſt ſanctum Dionyſiũ Areopagitam eam eccleſiam nobiliter rexit, & præclaris virtutibus atq; doctrina præfulgens, ob Chriſti martyrium glorioſe coronatur. Tarraconę in Hiſpania ſanctorum martyrum Fructuoſi epiſcopi,

Augurij & Eulogij diaconorum, qui tempore Gallieni paſſi ſunt: in quorum feſto die, ſanctus Auguſtinus ſermonẽ ad populũ habuit. Trecis, ſancti Patrocli martyris, qui tempore Aureliani Imperatoris martyrij coronam promeruit. Ancyræ in Galatia, ſancti Buſiridis, qui in perſecutione Iuliani ob Chriſtum multa paſſus, meruit in Eccleſia catholica ſancto fine quieſcere. In Galliis in monaſterio Augienſi, ſancti Meinardi eremitæ à latronibus cæſi. Papiæ, ſancti Epiphanij epiſcopi & confeſſoris.

A ix. Vndecimo Kal. Febr. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
10	11	12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22			

VAlentiæ in Hiſpania Tarraconenſi, ſancti Vincentij diaconi & martyris, qui ſub Datiano impiiſſimo præſide carceres, famem, equuleum, ignes, diſtorſiones membrorum, aliaq; tormentorum genera perpeſſus, glorioſo triumpho migrauit in cælum: cuius res geſtas Prudentius verſibus, S. Auguſtinus, & ſanctus Leo Rom. Pont. egregijs laudibus celebrarunt. Romæ ad aquas Saluias, S. Anaſtaſij Perſæ monachi, qui Cęſareę in Palęſtina primũ, deinde in

Perſidę

Perſide ſub Coſroe rege, ſæuiſſima paſſus, cùm ſeptuaginta ſocios in fluenta demerſos ad martyrium præmiſiſſet, eos ſecutus, truncatus capite martyrium conſummauit. Eius caput Romam tranſlatum eſt, vna cum venerãda eius imagine, cuius aſpectu fugari dæmones, morboſq. curari, acta ſecundi Concilij Nicæni teſtantur. Hebreduni in Gallia, ſanctorum martyrum Vincentij, Orontij, & Victoris, qui in perſecutione Diocletiani martyrio coronati ſunt. Nouariæ, S. Gaudentij eiuſdem ciuitatis epiſcopi, ſanctitate conſpicui. Soræ, S. Dominici abbatis, virtute miraculorum inſignis.

23 Decimo Kalendas Febr. Luna. B viij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
11	12	13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23			

ROmæ, S. Emerentianæ virginis & martyris, quæ adhuc catechumena dum oraret ad ſepulchrum S. Agnetis, cuius fuerat collactanea, à gentilibus lapidata eſt. Philippis in Macedonia, S. Parmenæ, qui fuit vnus de ſeptẽ diaconis. Hic traditus gratiæ Dei, iniunctũ ſibi à fratribus officiũ prædicationis plena fide conſummans, ſub Traiano martyrij gloriã eſt adeptus.

Cæſareæ in Mauritania ſanctorum martyrum Seueriani, & Aquilæ vxoris eius ignibus cõbuſtorum. Apud Antinoum Ægypti vrbẽ S. Aſclæ martyris, qui poſt diuerſa tormenta pretioſam Deo animam in flumen præcipitatus, reddidit. Ancyrę in Galatia S. Clemẽtis epiſcopi, qui plus decies diriſſimè cruciatus, tandem ſub Diocletiano martyrium conſummauit. Ibidem S. Agathangeli, qui eodẽ die ſub Lucio præſide paſſus eſt. Alexãdriæ S. Ioãnis Eleemoſynarij, eiuſdem vrbis epiſcopi, miſericordia in pauperes celeberrimi. Toleti S. Ildefonſi epiſcopi, qui ob ſingularem vitæ integritatem, ſuſceptamq́ue defenſionem aduerſus hęreticos, Dei genitricis virginitatem impugnantes, ab eadem candidiſſima veſte donatur, ac demum ſanctitate celebris in cælum vocatur. In prouincia Valerię S. Martyrij monachi, cuius ſanctus Gregorius meminit.

C
vij. Nono Kalendas Februar. Luna. 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

t	u	A	B	C	D	E	P	F	G	H	M	N	P	
12	13	14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24	

EPheſi natalis S. Timothei, diſcipuli beati Pauli Apoſtoli; qui ab eodẽ ordinatus epiſcopus, poſt multos pro Chriſto agones, cum Dianæ

Dianæ immolãtes argueret, lapidibus obrutus, paulo poſt obdormiuit in Domino. Antiochiæ S. Babylæ epiſcopi, qui in perſecutione Decij poſteaquam frequenter paſſionibus ſuis ac cruciatibus glorificauerat Deum, glorioſæ vitæ finem ſortitus eſt in vinculis. Referũtur etiá paſſi cum eo tres pueri, Vrbanus, Prilidianus, & Epolonius, quos ille in fide Chriſti inſtruxerat. Ibidem ſanctæ Xynoridis martyris. Neocæſareæ ſanctorũ martyrũ Mardonij, Muſonij, Eugenij, & Metelli, qui omnes igni traditi ſunt, & eorum reliquiæ in flumen diſperſæ. Fulginij ſancti Feliciani, qui à Victore Papa eiuſdem ciuitatis epiſcopus ordinatus, poſt multos labores in vltima ſenectute ſub Decio martyrio coronatur. Item ſanctorum martyrum Thyrſi & Proiecti. Bononiæ ſancti Zamæ primi eiuſdẽ ciuitatis epiſcopi, qui à ſancto Dionyſio Romano Pontifice ordinatus, illic Chriſtianã fidẽ mirificè propagauit. Item ſancti Surani abbatis, qui tempore Longobardorum ſanctitate floruit.

25 Octauo Kalendas Februarij. Luna. D vj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

COnuerſio ſancti Pauli Apoſtoli, quæ fuit ſecũdo ab aſcenſione Domini anno. Apud Damaſcũ, natalis S. Ananiæ, qui eundẽ Apoſtolum baptizauit. Hic cũ Damaſci, & Eleutheropoli, alibiq; Euangeliũ prædicaſſet, ſub Licinio iudice neruis cæſus & laniatus, demũ lapidibus oppreſſus martyrium cõſummauit. Antiochiæ, ſanctorum martyrum Iuuentini & Maximi, qui ſub Iuliano Apoſtata martyrio coronati ſunt: in quorum die natali ſanctus Ioannes Chryſoſtomus ſermonem ad populum habuit. Aruernis, ſanctorum Proiecti epiſcopi, & Marini viri Dei, qui à proceribus eiuſdem vrbis paſſi ſunt. Item ſanctorũ martyrum Donati, Sabini, & Agapis. Tomis in Scythia, ſancti Bretannionis epiſcopi, qui egregia ſanctitate, & zelo catholicæ fidei ſub Valente Imperatore Ariano, cui fortiter reſtitit, in Eccleſia floruit. Atrebati in Galliis ſancti Popponis abbatis miraculis clari.

E v. Septimo Kalendas Feb. Luna. 26

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
14	15	16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26			

SMyrnę, natalis S. Polycarpi, qui beati Ioãnis Apoſtoli diſcipulus, ab eo eiuſdem ciuitatis epiſco-

epiſcopus ordinatus, totius Aſiæ princeps fuit: & poſtea ſub Marco Antonino & Lucio Aurelio Cõmodo, ſedente Procõſule, & vniuerſo populo in amphitheatro aduerſus eũ perſonante, igni traditus eſt: & cũ ab eo minimè læderetur, gladio cõfoſſus, martyrij coronã accepit: cũ quo etiã alij duodecim ex Philadelphia veniẽtes, in prefata vrbe martyrio cõſummati ſunt. Hippone Regio in Africa, SS. Theogenis epiſcopi, & aliorum triginta ſex, qui in perſecutione Valeriani contemnentes temporalem mortẽ, coronã vitæ æternæ adepti ſunt. Apud Bethleẽ Iudę, dormitio S. Paulæ viduæ, matris Euſtochij virginis Chriſti, quæ cũ eſſet è nobiliſſimo Senatorum genere, renuntiãs ſæculo, & facultates ſuas pauperibus diſtribuens, ad Præſepe Dñi ſe recepit: vbi multis virtutibus prædita, & lõgo coronata martyrio, ad cæleſtia regna trãſiuit: cuius vitam virtutibus admirandã S. Hieronymus ſcripſit. In territorio Pariſienſi, S. Bathildis reginæ, ſanctitate & miraculorum gloria illuſtris.

27 Sexto Kalendas Febr. Luna.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
15	16	17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27			

Conſtan-

COnstantinopoli sancti Ioannis episcopi, propter aureum eloquentiæ flumen cognomento Chrysostomi, qui verbo & exemplo Christianæ religioni plurimum profuit, & post multos labores, in exilio vitam finiuit. Eius sacrum corpus sub Theodosio iuniore hac die Constantinopolim, inde postea Romã translatum, in Basilica principis Apostolorum conditum fuit. Cæsareæ in Cappadocia sancti Barlaam martyris, qui agrestis licet & rudis, Christi sapientia munitus tyrannum vicit, & ignem ipsum fidei constantia superauit: in cuius die natali sanctus Basilius celebrẽ habuit orationem. Sorę sancti Iuliani martyris, qui in persecutione Antonini comprehensus, cum idolorum templum, dum ipse torqueretur, corruisset, truncato capite martyrij coronam accepit. In Africa sancti Auiti martyris. Ibidem sanctorum martyrum Datij, Reatrij, & sociorum, qui in persecutione Vuandalorum passi sunt. Item sanctorum Datiui, Iuliani, Vincentij, atque aliorum vigintiseptem martyrum. Romę S. Vitaliani Papæ, qui post Eugenium sedit, & sanctitate conspicuus quieuit in pace. Cenomanis depositio sancti Iuliani, primi eiusdẽ vrbis episcopi, quem sanctus Petrus illuc ad prædicandum Euangelium misit.

Quinto

28 Quinto Kalendas Febr. Luna.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28

ROmæ ſanctæ Agnetis ſecundo. Ibidem S. Flauiani martyris, qui Diocletiani tempore paſſus eſt. Apolloniæ ſanctorũ martyrum Tyrſi, Leucij, & Callinici, qui Decij perſecutionis tempore conſecuti ſunt palmam martyrij. In Thebaide ſanctorũ martyrum Aſclæ, Leonidis, Philemonis, Apollonij, & ſociorũ, qui tempore Diocletiani illuſtre martyriũ obiere. Alexandriȩ commemoratio plurimorum ſanctorũ Martyrũ, qui hac ipſa die factione Syriani ducis Ariani, dum in Eccleſia ſynaxim agerent, impetu facto, alij ſagittis, fuſtibus alij, & calcibus eliſi, coronam martyrij perceperunt. Ibidem S. Cyrilli epiſcopi, qui catholicæ fidei prȩclariſſimus propugnator, doctrina & ſanctitate illuſtris quieuit in pace. In monaſterio Rhemenſi depoſitio ſancti Ioannis presbyteri.

Quarto

A ij. Quarto Kalendas Febr. Luna. 29

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ		
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16		
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P					
17	18	19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29					

ROmę via Numentana, ſanctorum martyrum Papiæ, & Mauri militum, tempore Diocletiani Imperatoris: quorũ ora Laodicius Vrbis præfectus ad primam confeſſionẽ Chriſti iuſſit lapidibus contundi, & ſic eos in carcerem trudi, ac poſtea fuſtibus atque plumbatis, donec expirarent, cædi. Ibidem, ſanctorum martyrum Cyriaci, Aproniani, & ſociorum. Peruſiæ, ſancti Conſtantij epiſcopi & martyris, qui vnà cum ſociis ſub Marco Aurelio Imperatore ob fidei defenſionem martyrij coronam accepit. Edeſſæ in Syria, ſanctorũ martyrum Sarbelij, & Barbeæ ſororis, qui in perſecutione Traiani ſub Lyſia præſide ſunt coronati martyrio. In territorio Tricaſſino, ſancti Sabiniani martyris, qui iubente Aureliano Imperatore, pro Chriſti fide decollatus eſt. Treueris, depoſitio S. Valerij epiſcopi, diſcipuli ſancti Petri Apoſtoli. Bituricis, ſancti Sulpicij Seueri epiſcopi, virtutibus & eruditione conſpicui. In Palæſtina, ſancti Iacobi eremitæ, qui poſt lapſum in ſepulchro diu latẽs, pæni-

pænitentiam egit, & clarus miraculis migrauit ad Dominum.

30 Tertio Kalendas Febr. Luna. B j.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

ANtiochiæ, paſſio S. Hippolyti, qui Nouati ſchiſmate aliquantulum deceptus, ſed operante Chriſti gratia correctus, ad vnitatẽ Eccleſiæ rediit, pro qua, & in qua poſtea illuſtre martyriũ cõſummauit. Hic rogatus à ſuis, quænã ſecta verior eſſet, execratus dogma Nouati, eam fidem dicens eſſe ſeruandã, quã Petri cathedra cuſtodiret, iugulũ præbuit. In Africa, paſſio ſanctorũ martyrũ Feliciani, Philappiani, & aliorum centum vigintiquatuor. Edeſſæ in Syria, S. Barſimei epiſcopi, qui cum gentiles plurimos conuertiſſet ad fidem, & præmiſiſſet ad coronam, eos ſecutus ſub Traiano martyrij palmam accepit. Item beati Alexandri, qui ſub Decio Imperatore veneranda canicie & confeſſione iterata reſplendens, inter carnificum cruciatus reddidit Deo ſpiritũ. Hieroſolymis, ſancti Matthiæ epiſc. de quo mira & plena fide geſta narrantur, quòd ſub Hadriano multa pro Chriſto perpeſ-

perpeſſus, poſt demũ in pace quieuerit. Papiæ S. Armentarij epiſcopi & cõfeſſoris. Apud Malbodiũ Hannoniæ monaſteriũ S. Aldegundis virginis, quæ ſub Dagoberto Rege floruit ſanctitate.

C * Pridie Kalendas Febr. Luna. 31

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
19	20	21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1			

ALexandriæ S. Metræ martyris, quẽ pagani correptũ, cũ iuberẽt impia verba proferre, idq́ue ille recuſaret, fuſtibus cædunt, vultum & oculos præacutis calamis pungũt, poſtremo extra vrbem eiectũ lapidibus obruũt. Ibidem SS. Saturnini, Tyrſi, & Victoris. In eadem ciuitate SS. martyrũ Tharſicij, Zotici, Cyriaci, Gallieni, & ſociorũ. Item SS. martyrum Cyri, & Ioannis, qui propter Chriſtiani nominis cõfeſſionẽ truncati capite, palmã martyrij cõſecuti ſunt. Mutinę S. Geminiani epiſc. & cõfeſſoris, qui ſanctitate & miraculis claruit. Nouarię S. Iulij presbyteri, qui Theodoſij tẽpore ſanctitate & miraculis clarus in pace ſpiritũ Deo reddidit. Itẽ trãſlatio S. Marci Euãgeliſtę, cũ Alexãdrina vrbe à barbaris occupata, eius ſacrũ corpus inde eductũ, allatumq́; Venetias honorificentiſſimè ſuſceptũ eſt.

Kalendis

1 Kalendis Februarij. Luna. D

xxix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
20	21	22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2			



ATALIS S. Ignatij epiſc. & mart. qui poſt ſanctũ Petrũ, & Euodium, Antiochenam rexit eccleſiã, atque in perſecutione Traiani imperatoris vinctus Romam perductus, illic damnatus ad beſtias, poſt diuerſa pœnarũ ſupplicia, obiectus leonibus, quos optarat, eorum dentibus præfocatus, hoſtia Chriſti efficitur. Smyrnæ, S. Pionij martyris, qui tempore perſecutionis Marci Aurelij Antonini, & Lucij Veri, poſt apologias pro fide Chriſtiana conſcriptas, poſt ſqualloré carceris, vbi multos fratrum ad martyrij tolerantiam ſuis exhortationib⁹ roborauit, cruciatibus multis vexatus, clauis confixus, & ardenti rogo ſuperpoſitus, beatum pro Chriſto finem ſortitus eſt cum aliis quindecim, qui idẽ ſubeuntes certamen, eandem ſunt gloriam conſecuti. Rauennæ, S. Seueri epiſcopi & cõfeſſoris, qui ob egregiam ſanctitatem ſigno columbæ fuit electus. Trecis, S. Pauli epiſcopi, cuius vita virtutibus claruit, & mors pretioſa miraculis cõmendatur.

Edessæ in Syria, sancti Ephræm diaconi, sanctitate & doctrina conspicui: qui post multos labores pro fide Christi susceptos, Valentis Imperatoris tempore quieuit in Domino.

E xxviij. Quarto Nonas Februarij. Luna. 2

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

PVrificatio sanctissimę Dei genitricis Marię, quam Græci Hipapantem appellāt. Romæ via Salaria, sancti Aproniani martyris, qui cum esset cōmentariensis adhuc gentilis, & sanctum Sisinnium è carcere vt Laodicio præfecto præsentaret, educeret, vocemq́; è cælo missam audiret, Venite benedicti patris mei, percipite regnum; credens baptizatus est, & in fidei confessione persistēs, accepta capitali sententia martyrio coronatur. Ibidem, sanctorum martyrum Fortunati, Feliciani, Firmi, & Candidi. Cæsareæ Palæstinę, sancti Cornelij Centurionis, quē sanctus Petrus Apostolus baptizauit, eiusdemque ciuitatis episcopus ordinatus, quieuit in Domino. Aurelianis, sancti Flosculi episcopi. Cantuariæ in Angelia, natalis S. Laurentij episcopi, qui post sanctū Augustinū eam ecclesiā gubernauit, quam

quam Regis timore deſerens, à ſancto Petro correctus, redire compulſus, Regem ipſum ad fidem conuertit, redditaque pace Eccleſiæ, obdormiuit in Domino.

3 Tertio Nonas Februarij. Luna. F xxvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

SEbaſtæ in Armenia, ſancti Blaſij epiſcopi, qui multorum patrator miraculorum, ſub Agricolao præſide diutius cæſus, in ligno ſuſpēſus, ferreis pectinibus exaratus, diruptis carnibus, iubente eodē iudice vna cum duobus pueris capite truncatur: nouiſſimè verò ſeptē mulieres, quę guttas ſanguinis eius defluentes colligebant, deprehenſæ quòd eſſent Chriſtianæ, poſt dira tormenta gladio percuſſæ ſunt. In Africa, ſanctorū martyrum Laurentini, Ignatij; & Celerinæ, quorū anniuerſariā diem ſolemni more Carthagine celebrari ſolitā, ſanctus Cyprianus teſtatur. Ibidem, ſancti Celerini prædictę Celerinæ nepotis, qui tempore Decij confeſſor egregius extitit, nec ſolū certaminis ſui aduerſarium vicit, ſed etiā cæteris vincendi viam fecit: elapſus tandem, ob excellentiam meritorum à ſancto

Cypriano lectoris munere insignitur. Ibidē, sanctorum martyrum Felicis, Symphronij, Hippolyti, & sociorū. In oppido Vapingo, sanctorum Tigidis, & Remedij episcoporum. Eadem die, S. Ansgarij Bremensis episc. qui auctoritate sibi à Gregorio quarto concessa, prędicans gentibus Euangelium, Sueuos & Danos ad fidem conuertit. Lugduni, sanctorum Lupicini & Felicis.

G
xxvj. Pridie Nonas Februarij. Luna. 4
25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	30	1	30	1	2	3	4	5

ROmę, sancti Eutichij martyris, qui illustre martyrium consummauit, sepultusq; est in cœmeterio Callisti, cuius sepulchrum sanctus Damasus versibus exornauit. Foro Sempronij, sanctorū martyrū Aquilini, Geminiani, Gelasij, Magni, & Donati. Thmuis in Ægypto, passio beati Phileæ episcopi, & Philoromi tribuni, qui in persecutione Diocletiani cum carorum precibus suaderi non possent vt sibi parcerent, datis ceruicibus martyrium sunt consecuti: quorum exemplo excitata innumera fideliū multitudo, ad eandē gloriā martyrij festinauit. In Palæstina, sanctorū trigintanouē Martyrū, qui ad metalla damna-

damnati, pietatis officia propensiùs exequentes, inuidia Præsidis capite cæsi, acceperũt coronam martyrij. Pelusij in Ægypto, S. Isidori meritis & doctrina conspicui. Eadem die, sancti Remberti Bremensis episcopi, qui potens opere & sermone, clarus miraculis quieuit in pace.

5 Nonis Februarij. Luna. A xxiiij. xxv.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6

CAtanæ in Sicilia, natalis S. Agatę virginis & martyris, quæ Imperatore Decio, sub Quinctiano proconsule, post alapas, & candentes laminas, post equuleum & torsiones, post mammillarũ abscissionem, post volutationem in testulis & carbonibus, tandem in carcerem recepta, orans beatum Deo reddidit spiritum. In Ponto, commemoratio plurimorum sanctorum Martyrum, quorũ alij in persecutione Maximiani plumbo liquẽti perfusi, alij acutis arundinibus in vnguibus cruciati, aliísque nefandis tormentis vexati, iisdemque sæpius iteratis, diuturna morte tandẽ peruenerunt ad vitã. Alexandriæ, S. Isidori martyris, qui signo crucis munitus, pro Christi fide cæsus, vicit aduersarium.

Viennę, beati Auiti epiſcopi & confeſſoris, cuius fide, induſtria, atque admirabili doctrina ab infeſtatione Arianæ hæreſis Galliæ defenſæ ſunt. Brixiæ, SS. cõfeſſorũ Gemini, & Albini epiſcoporum, quorum vita miraculis extitit glorioſa.

B xxiij.

Octauo Idus Februarij. Luna. 6

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
t u A B C D E F f G H M N P
25 26 27 28 29 1 2 3 2 3 4 5 6 7

CAeſareæ in Cappadocia, natalis S. Dorotheę virginis & martyris, quę ſub Apricio prouincię pręſide equuleo vexata, dehinc palmis diu cæſa, demũ damnata capitali ſententia, læta cucurrit ad mortem, per quã perueniret ad gaudia paradiſi. In eius cõfeſſione Theophilus quidam ſcholaſticus ad Chriſti fidem conuerſus, & mox equuleo acerrimè tortus, nouiſſimè gladio cæſus eſt. Eodem die ſanctorum martyrũ Saturnini, Theophili, & Reuocatę. Emiſſæ in Phœnicia, S. Siluani epiſcopi, qui cum eidem eccleſiæ annis quadraginta præfuiſſet, ſub Maximino Imperatore vna cum duobus aliis obiectus eſt feris, mẽbratimq; diſcerptus, martyrij palmam accepit. Aruernis in Galliis, S. Anatoliani martyris. Eodẽ die, ſanctorũ epiſcoporũ, Vedaſti, & Amandi,

Amandi, quorũ primus Atrebatenſium, ſequẽs verò Traiectenſium rexit eccleſiam. Bononiæ, ſancti Guarini Cardinalis, & epiſcopi Præneſtini, vitæ ſanctitate conſpicui.

7 Septimo Idus Februarij. Luna. C xxij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8

AVguſtę in Britannia, natalis beati Auguli epiſcopi, qui ætatis curſum per martyriũ complens, æterna meruit ſuſcipere præmia. In Phrygia, ſanctorũ martyrum Adauci quęſtoris, & cæterorum vrbis vnius ciuium, qui cum omnes Chriſtiani eſſent, à Maximino Imperatore immiſſo in eam exercitu, cum conſtantes omnes in cõfeſſione perſiſterent, igne cõſumpti, adepti ſunt coronã martyrij. Heracleę, S. Theodori doctoris militum, qui Licinio imperante, poſt multa tormẽta truncatus capite victor migrauit in cælum. In Arabia, S. Moyſis epiſcopi venerabilis, qui primo quidem in eremo vitam ſolitariam ducens, ſignis ac virtutibus cunctis innotuit: poſtulatus inde à Mauuia regina Saracenorum, vt ſuæ genti pręeſſet epiſcopus, cum Chriſtianã fidem in gente barbara mirificè propagaſſet,

pagasset, gloriosus meritis quieuit in Domino. Lucæ, depositio S. Richardi regis Anglorum. Bononiæ, sanctæ Iulianæ viduæ.

D xxj. Sexto Idus Februarij. Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r s
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
t u A B C D E F F G H M N P
27 28 29 1 2 3 4 5 4 5 6 7 8 9

ROmę, SS. martyrũ Pauli, Lucij, & Cyriaci. In Armenia, SS. martyrũ Dionysij, Aemiliani, & Sebastiani. Alexandriæ, sanctę Cointhæ martyris, quã tẽpore Decij pagani correptam ad idola perducentes, adorare cogebant, quod cum illa execrans recusasset, vinculis pedes eius innectentes, & per plateas ciuitatis eam trahẽtes, horrendo supplicio discerpserunt. Cõstantinopoli, natalis SS. martyrũ Monachorum monasterij Dij, qui ob defensionem fidei catholicæ cũ ferrent litteras S. Felicis Papæ aduersus Acacium, dirissimè cæsi sunt. In Perside, commemoratio sanctorũ Martyrũ, qui sub Cabada rege Persarum, ob Christianam fidem diuersis suppliciis necati sunt. Cordubæ, S. Salomonis martyris. Papiæ, sancti Euentij episcopi & confessoris, qui strenuè in Euangelio laborauit. Virduni in Gallia, sancti Pauli episcopi miraculis clari.

Quinto

9 Quinto Idus Februarij. Luna. E xx.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
28	29	1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10			

ALexandriæ, ſanctæ Apolloniæ virginis, cui perſecutores tẽpore Decij dentes omnes primũ excuſſerunt, deinde cõſtructo ac ſucceñſo rogo, cum comminarentur viuam ſe eam incenſuros, niſi cum eis impia verba proferret, vt rogum vidit ſuccenſum, paululumque intra ſemetipſam deliberans, repentè de manibus impiorum prorupit, & in ignem quem parauerãt, maiori S. Spiritus flamma intus accenſa, ſponte proſiliuit, ita vt perterrerentur etiam ipſi crudelitatis auctores, quòd promptior inuenta eſſet ad mortẽ femina, quã perſecutor ad pœnã. Romę, paſſio ſanctorũ martyrũ Alexandri, & aliorum triginta octo coronatorũ. In Cypro inſula, ſanctorũ martyrũ Ammonij, & Alexandri. Antiochiæ, S. Nicephori martyris, qui ſub Valeriano Imperatore cæſus capite, accepit coronam martyrij. In Africa in caſtello Lemelenſe, ſanctorum martyrum Primi, & Donati, qui cum intra eccleſiam eſſent, irruentibus Donatiſtis, immiſſis tegulis deſuper occiſi ſunt ſuſper altare, quod,

cum eſſent diaconi, tutabãtur. Eadem die, natalis ſancti Ansberti Rothomagenſis epiſcopi.

F
xix. Quarto Idus Februarij. Luna. 10

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N P
29 1 2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

ROmę, ſanctorũ martyrum Zotici, Irenæi, Hyacinthi, & Amantij. Ibidem via Lauicana, ſanctorũ decem milium martyrum. Item Romę, ſanctę Sotheris virginis & martyris, quę, vt ſcribit S. Ambroſius, nobiliſſima genere, parentum conſulatus & præfecturas ob Chriſtum contempſit, iuſſaque immolare nõ acquieſcens, cædenda palmis volẽs occurrit iniuriæ, vultum offerens, ſolum inuelata martyrio, gaudenſque vibicibus, & diſpendio pulchritudinis, percuſſa gladio lęta migrauit ad ſponſum. In Campania, S. Siluiani epiſc. In Stabulo Rodis, S. Vuilelmi comitis, qui opera S. Bernardi catholicę vnitati, & ſanctis moribus reſtitutus, adiens Eugenium Papam pro venia peccatorũ, reliquũ vitæ tẽpus in lacrymis duxit & pænitentia. Apud montem Caſſinum, ſanctæ Scholaſticæ virginis, ſororis ſancti Benedicti abbatis, qui eius animã inſtar columbæ migrantem è corpore vidit in cælum aſcen-

aſcendere. Apud Sanctones, ſancti Traiani epiſcopi & confeſſoris. In pago Rothomagenſi, ſanctæ Aſtrobertæ virginis, miraculis & omni religionis virtute celebris.

11 Tertio Idus Februarij. Luna. G xviij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 7 8 9 10 11 12

ROmæ, ſanctorum martyrum Caloceri, & Parthenij. In Numidia, commemoratio plurimorum ſanctorū Martyrum, qui in perſecutione Diocletiani comprehenſi, iuſſique vt iuxta edictū traderēt diuinas ſcripturas, id facere renuētes, grauiſſimis excruciati ſuppliciis occiſi ſunt. Hadrianopoli, ſanctorū martyrum Lucij epiſcopi, & ſociorum: Lucius quippe tempore Conſtantij catholicos perſequentis, ab Arianis catenis vinctus, multa perpeſſus, in vinculis martyrium conſummauit; cæteri verò nobiliores ciuium, cum Arianos in Sardicenſi Concilio tūc dānatos recipere noluiſſent, per Philagrium Comitē capitis ſupplicio puniuntur. Lugduni, ſancti Deſiderij epiſcopi & cōfeſſoris. Rauēnæ, ſancti Caloceri epiſcopi & confeſſoris. In caſtro Nantonienſi, ſancti Seuerini abbatis monaſterij Agaunen-

Agaunenſis, cuius precibus cultor Dei Clodoueus rex à diutina infirmitate liberatus eſt. In Ægypto, ſancti Ionæ monachi virtutibus clari.

A
xvij. Pridie Idus Februarij. Luna. 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

BArcinonæ in Hiſpania, S. Eulaliæ virginis, quæ equuleum, vngulas, flammaſq; paſſa, affixa cruci ad inſtar ſponſi, feliciter martyrium conſummauit. In Africa, natalis ſanctorũ martyrũ Saturnini presbyteri, Datiui, Felicis, Ampelij, & ſociorũ, qui conuenientes ad Dominicum celebrandum ex more, comprehenſi à militibus in perſecutione Diocletiani, ſub Anolino proconſule paſſi ſunt. Ibidem, S. Damiani militis martyris. Carthagine, ſanctorum martyrũ Modeſti, & Iuliani. Beneuẽti, ſancti Modeſti leuitæ & martyris. Alexandrię, ſanctorum Modeſti, & Ammonij infantum. Item Macarij, Rufini, & Iuſti martyrũ. Tyri in Phœnicia, ſancti Tyrannionis epiſcopi, qui in perſecutione Maximini glorioſum martyriũ agens, ſui exemplo cæteros prouocauit ad palmam. In Arabia, commemoratio plurimorum ſanctorum Martyrum, qui

eodem

eodē ſæuiente perſecutore, ſæuiſſimè cæſi ſunt. Antiochiæ, S. Meletij epiſcopi, qui iterum atque iterum pro fide catholica paſſus exilium, compoſito ſchiſmate Cōſtantinopoli tēpore Synodi reddidit Deo Spiritum: cuius præclaras laudes, ſanctus Gregorius Nyſſenus celebri encomio eſt proſecutus. Conſtantinopoli, S. Antonij epiſcopi, qui ſanctitate conſpicuus, Leone ſexto imperante obdormiuit in Domino.

13 Idibus Februarij. Luna. B xvj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
3	4	5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14			

ROmæ, S. Tranquillini, qui prædicatione S. Sebaſtiani martyris conuerſus ad Chriſtum, à Polycarpo presbytero baptizatus, & à Caio Pontifice presbyter ordinatus, cū ad confeſſionem S. Pauli orationis gratia acceſſiſſet, tentus à paganis, lapidatus eſt. Rauennæ, ſanctæ Fuſcæ virginis, & Mauræ nutricis, quæ Decio imperante, multa ſub Quinctiano præſide perpeſſæ, demū transfixæ gladio martyriū conſummauerūt. Antiochię, natalis S. Agabi prophetæ, de quo ſanctus Lucas in actibus Apoſtolorum ſcribit. Romæ, S. Gregorij ſecūdi Romani Pontificis,

tificis, qui poſt Conſtantinum Papam, & tempore Leonis Iſaurici, cuius reſtitit impietati, rexit Eccleſiam, ac S. Bonifacium ad prędicandum Euangelium in Germaniam miſit. Andegaui, S. Lucinij epiſcopi, venerabilis ſanctitatis viri. Lugduni, ſancti Stephani epiſcopi.

C
xv. Decimoſexto Kal. Martij. Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3
t u A B C D E F F G H M N P
4 5 6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

ROmæ, natalis B. Valentini presbyteri, qui poſt multa ſanitatū & doctrinæ inſignia, fuſtibus cęſus, & decollatus eſt via Flaminia ſub Claudio Cæſare. Ibidem, SS. martyrum Vitalis, Feliculę, & Zenonis. Interamnis, S. Valētini epiſcopi & martyris, qui diutiſſimè cæſus, & cuſtodiæ mancipatus, cū ſuperari non poſſet, medio noctis ſilentio eiectus de carcere decollatus eſt iuſſu Placidi Vrbis præfecti. Ibidem, ſanctorum Proculi, Ephebi, & Apollonij, qui cū ad corpus S. Valentini vigilias agerent, comprehenſi iuſſu Leontij conſularis, capite cæſi ſunt. Alexandriæ, ſanctorum martyrum Baſſi, Antonij, & Protolici, qui in mare demerſi ſunt. Item, S. Cyrionis presbyteri, Baſſiani lectoris, Agathonis exorciſtæ,

ciſtæ,

ciſtæ, & Moyſis, qui omnes igne combuſti ſunt. Ibidem, ſanctorũ Dionyſij & Ammonij, qui decollati ſunt. Viterbij, S. Valentini presbyteri, qui vna cum Hilario diacono in perſecutione Maximiani multa paſſus, mart. coronatur. In Bithynia, S. Auxentij abbatis. Eodem die, S. Antonini Abbatis monaſterij Caſſinenſis, qui deuaſtato monaſterio à Longobardis, ſeceſſit in ſolitudinem apud Surrentum, ibiq́ue ſanctitate celebris quieuit in pace: cuius corpus cum ſemper miraculis multis claruerit, in liberandis energumenis præſertim enituit.

15 Decimoquinto Kal. Martij. Luna. D xiiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16

BRixiæ, natalis ſanctorũ Fauſtini & Iouitæ, qui ſub Hadriano Imperatore poſt multa præclara pro Chriſti fide ſuſcepta certamina, victricẽ martyrij coronã acceperũt. Romę, S. Crãtonis martyris, qui cum vxore & vniuerſa familia à Valentino presbytero baptizatus, vna cum illis martyrio coronatus eſt. Alexandriæ, ſanctæ Potamienę virginis & martyris, quæ cũ domini ſui non acquieſceret improbitati, ab eo vt Chriſtiana

ſtiana delata, magis delegit in lebetem ardenti pice refertum immitti, quàm libidinibus ſordidari. Interamnis, ſanctæ Agapis virginis & martyris. Item, natalis ſanctorũ martyrũ Saturnini, Caſtuli, Magni, & Lucij. Vaſione in Galliis, S. Quinidij epiſcopi, cuius mortẽ in conſpectu Domini pretioſam miracula crebra teſtantur. In prouincia Valerię, S. Seueri presbyteri, de quo ſanctus Gregorius ſcribit, quòd fuſis lacrymis defunctũ reuocauit ad vitam. Antiochiæ, S. Ioſeph diaconi. Aruernis, S. Georgiæ virginis.

E
xiij. Decimoquarto Kal. Martij. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
6	7	8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17			

EPheſi, natalis beati Oneſi, de quo S. Paulus Apoſtolus ad Philemonem ſcripſit, quem etiam poſt ſanctum Timotheum Epheſiorum epiſcopum ordinauit. hic vinctus Romam perductus, ibidẽ eſt lapidatus, indeq; corpus eius à ſuis Epheſum eſt relatum. Cumis in Campania, tranſlatio ſanctæ Iulianæ virginis & martyris, quę ſub Maximino Imperatore Nicomediæ à patre ſuo Africano grauiter cruciata, & à diabolo in carcere diuexata, ſed Chriſti virtute

armata

armata vtrumq; ſuperans, peruenit ad coronam martyrij. In Ægypto, S. Iuliani martyris, cum aliis quinque millibus. Eadem die, Cæſareæ in Palæſtina, ſanctorũ martyrũ Ægyptiorum Eliȩ, Hieremiæ, Eſaiæ, Samuelis, & Danielis, qui cum ſpontaneè miniſtraſſent cõfeſſoribus in Cilicia ad metalla damnatis, inde reuertentes, comprehenſi Cæſareæ, ibidem à Firmiliano præſide ſub Maximino Imperatore ſæuiſſimè torti, gladio demum percuſſi ſunt. Poſt quos S. Porphyrius Pamphili martyris famulus, & ſanctus Seleucus Cappadox, qui iteratis certaminibus ſæpe vicerant, iterum cruciati, alter incendio, gladio alter martyrij coronam acceperunt.

17 Decimotertio Kal. Martij. Luna. F xiij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6
t u A B C D E p F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 13 14 15 16 17 18

ROmæ, paſſio S. Fauſtini, quẽ alij quadragintaquatuor ſecuti ſunt ad coronam. In Perſide, natalis B. Polychronij epiſcopi Babylonis, qui ore lapidibus cæſo, extenſis manibus, oculos ad cælum eleuans emiſit ſpiritum. Concordiȩ, ſanctorũ martyrum Donati, Secundini, & Romuli, cum aliis octogintaſex eiuſdem co-

ronæ conſortibus. Cæſareæ in Palæſtina, ſancti Theoduli ætatis decrepitæ, qui ex familia præſidis Firmiliani, martyrum excitatus exemplo, Chriſtum confeſſus, cruci affixus, dulce martyrium cõſummauit. Ibidem, ſancti Iuliani Cappadocis, qui exoſculans necatorum martyrum corpora, vt Chriſtianus tentus, ac ductus ad Prçſidem, lento igne comburi iuſſus eſt. Amaſeæ, S. Theodori ducis exercitus, qui ob iniuriã diis illatam comprehenſus, dilaniatus pectinibus, in fornacem ardentem iniectus, palmam martyrij adeptus eſt. In pago Taruanenſi, S. Siluini epiſcopi Toloſani. In Scotia, ſancti Fintani presbyteri & confeſſoris.

G xj. Duodecimo Kal. Martij. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

HIeroſolymis, S. Symeonis epiſc. & martyris, qui propinquus Saluatoris ſecundum carnem fuiſſe traditur, ac filius Cleophæ. Hic Hieroſolymorum epiſcopus poſt Iacobum fratrẽ Domini ordinatus, in perſecutione Traiani multis ſuppliciis affectus, cõſummatus eſt, omnibus qui aderant, & iudice ipſo mirantibus, vt centum

centum viginti annorũ ſenex crucis ſupplicium pertuliſſet. Apud Oſtia Tiberina, ſanctorũ fratrũ Maximi, Claudij, itẽque Præpedignæ vxoris Claudij, cum duobus filiis Alexandro & Cutia, qui cum eſſent nobiliſſimi generis, iubente Diocletiano tenti ſunt, atque in exilium deportati, deinde incendio concremati, odoriferum martyrij ſacrificium Deo ipſi obtulerunt, ac ſic poſtmodum apud Oſtiam in flumen iactati ſunt: quorum reliquias Chriſtiani iuxta eandem ciuitatem ſepelierunt. In Africa, ſanctorum martyrum Lucij, Siluani, Rutuli, Claſſici, Secundini, Fructuli, & Maximi. Cõſtantinopoli, S. Flauiani epiſcopi, qui cum fidem catholicam Epheſi propugnaret, & à ſynodo illa prædatoria depoſitus eſſet, cùm appellaſſet ſanctum Leonem Rom. Pont. impetitus ab aduerſariis pugnis & calcibus, poſt triduum efflauit animam.

19 Vndecimo Kal. Martij. Luna. A x.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

ROmæ, natalis S. Gabini presbyteri fratris beati Caij Pontificis, qui à Diocletiano diu in cuſtodia vinculis afflictus, pretioſa morte

ſibi cæli gaudia præparauit. In Africa, ſanctorum martyrum Publij, Iuliani, Marubij, itẽ alterius Iuliani, Marcelli, Tulli, Lampaſij, & Inauli, qui ob Chriſti fidem coronati ſunt. In Palęſtina, commemoratio ſanctorum martyrum Monachorum, & aliorum, qui à Saracenis ſub duce Alemanduro ob fidem Chriſti ſæuiſſimè cæſi ſunt. Soliis, ſancti Auxibij epiſcopi, qui laborãs in Euangelio, ſanctitate & miraculis claruit. Beneuenti, ſancti Barbati epiſcopi, qui ſanctitate celebris, Longobardos, & eorũ ducem ad fidem Chriſti conuertit.

B
ix.

Vndecimo Kal. Martij. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
10	11	12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21			

TYri in Phœnicia, cõmemoratio SS. Martyrum, quorũ numerum ſolius Dei ſcientia colligit, qui ſub Diocletiano Imp. multis tormentorum generibus ſibi inuicẽ ſuccedentibus occiſi ſunt. nam primũ flagris toto corpore laniati, inde beſtiis diuerſi generis traditi, ſed ab illis illæſi, igne demum & ferro martyrium conſummauerũt. In Cypro inſula, SS. martyrũ Potamij, & Nemeſij. Cõſtantinopoli, S. Eleutherij marty-

martyris. In Perſide, natalis S. Sadoch epiſcopi, & aliorum centum viginti octo, qui ſub Sapore rege Perſarum ſtrenuè dimicantes, cùm ſolem adorare iuſſi renuiſſent, ſæuiſſimè torti, crudeli nece præclaras ſibi coronas cõpararunt. Catanæ in Sicilia, ſancti Leonis epiſcopi, qui virtutibus atque miraculis coruſcauit. Eodem die, ſancti Eucherij epiſcopi Aurelianenſis, qui eo magis miraculis claruit, quo pluribus inuidorum calumniis fuit oppreſſus. Tornaci in Gallia, ſancti Eleutherij epiſcopi & confeſſoris, qui laborans in Euangelio, & ſermonem confirmans ſequentibus ſignis, coruſcans meritis quieuit in pace.

21 Nono Kalendas Martij. Luna. C viij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22

IN Sicilia, ſanctorum Martyrum ſeptuaginta nouem, qui ſub Diocletiano per diuerſa tormenta confeſſionis ſuæ coronam à Chriſto ſibi paratã percipere meruerũt. Adrumeti in Africa, ſanctorum martyrum Veruli, Secundini, Siricij, Felicis, Seruuli, Saturnini, Fortunati, & aliorum ſexdecim, qui in perſecutione Vuandalica ob catholicæ fidei confeſſionem ſunt coronati martyrio.

tyrio. Damaſci, ſancti Petri epiſcopi & martyris, cui Arabũ & Manichæorum errores arguẽti, Saracenorum Rex linguã præcidi iuſſit, eumq́; in Arabiam Felicem relegauit, vbi diro affectus ſupplicio martyrium conſummauit. Ibidem, S.Petri Mauimeni, qui cũ Arabis ipſum ægrotũ viſitantibus diceret: Omnis qui ſanctã fidem Chriſtianam catholicam nõ amplectitur, damnatus eſt, ſicut & Mahumet pſeudopropheta veſter; ab illis necatus eſt. Rauennæ, S.Maximiani epiſcopi. Metis, S.Felicis epiſcopi & confeſſoris.

D vij. Octauo Kalendas Martij. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

ANtiochię, Cathedra S.Petri Apoſtoli, vbi primũ diſcipuli cognominati ſunt Chriſtiani. Hieroſolymis, ſancti Ioſeph ab Arimathęa nobilis decurionis diſcipuli Dñi, qui audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Ieſu, quod inuolutũ ſindone, poſuit in monumento quod exciderat in petra. Hierapoli in Phrygia, S.Papiæ eiuſdẽ ciuitatis epiſcopi, qui S.Ioannis Apoſtoli auditor, Polycarpi autẽ condiſcipulus & ſodalis fuit. Salaminæ in Cypro, S.Ariſtonis, qui

qui, vt idẽ Papias testatur, fuit vnus de septuaginta duobus Christi discipulis. Alexãdriæ, S. Abilij episcopi, qui secundus post beatũ Marcum eiusdem ciuitatis episcopus, sacerdotiũ virtute conspicuus ministrauit. Viennę, sancti Paschasij episcopi, eruditione & morum sanctitate praeclari.

23 Septimo Kalendas Martij. Luna. E vj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

Vigilia sancti Matthię Apostoli. Apud Sirmium, S. Sireni monachi & martyris, qui iubente Maximiano Imperatore tentus, cum se Christianũ esse cõfiteretur, capite cæsus est. Ibidem, natalis sanctorũ septuaginta duorum Martyrum, qui martyrij certamen in præfata vrbe consummantes, regna mansura perceperunt. Romæ, sancti Polycarpi presbyteri, qui cum beato Sebastiano quamplurimos ad Christi fidem conuertit, atq; ad martyrij gloriam exhortando perduxit. Constantinopoli, sancti Lazari monachi, qui cum sacras imagines pingeret, à Theophilo Imperatore iconoclasta diris suppliciis excruciatus est: cumque iam conualescens easdẽ iterũ pingeret, manus eius candenti ferro

Imperatoris iuſſu combuſta eſt, ſed Dei virtute ſanatus, abraſas imagines ſanctas pingendo reſtituit, ac demum in pace quieuit. Brixiæ, ſancti Felicis epiſcopi & confeſſoris. In Anglia, ſanctæ Milburgis virginis filiæ Regis Merciorum.

F v. Sexto Kalendas Martij. Luna. 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25

NAtalis ſancti Matthiæ Apoſtoli, qui poſt Aſcenſionem Domini ab Apoſtolis in locum Iudæ proditoris ſorte electus, pro Euangelij prædicatione martyrium paſſus eſt. Romæ, ſanctæ Primitiuę martyris. Cæſareæ in Cappadocia, ſancti Sergij martyris, cuius geſta præclara habentur. In Africa, ſanctorum martyrum Montani, Lucij, Iuliani, Victorici, Flauiani, & ſociorum, qui fuerũt ſancti Cypriani diſcipuli, & ſub Valeriano Imperatore martyrium conſummarunt. Treuiris, ſancti Modeſti epiſcopi. In Anglia, ſancti Edilberti regis Cantiorum, quem ſanctus Auguſtinus Anglorũ epiſcopus ad Chriſti fidem conuertit. Hieroſolymis, prima inuentio capitis Præcurſoris Domini, tempore Marciani principis.

Quinto

25 Quinto Kalendas Martij. Luna. G iiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26

IN Ægypto, natalis ſanctorũ martyrum Victorini, Victoris, Nicephori, Claudiani, Dioſcori, Serapionis, & Papiæ, ſub Numeriano Imperatore: quorum duo primi pro confeſſione fidei exquiſita ſuppliciorum genera conſtanter tolerantes, capite plectuntur: Nicephorus poſt craticulas candentes, ignéſq; ſuperatos, minutatim conciſus eſt: Claudianus & Dioſcorus flammis incenſi: Serapion verò & Papias gladio cæſi ſunt. In Africa, ſanctorum martyrum Donati, Iuſti, Herenæ, & ſociorum. Romæ, natalis ſancti Felicis Papæ quarti, qui ſancti Gregorij Papæ atauus fuit, de quo is refert, quòd S. Tharſillæ nepti apparens, illam ad cæleſtia regna vocauit. Cõſtãtinopoli, S. Tharaſij epiſcopi, eruditione & pietate inſignis, ad quẽ extat Hadriani Papæ I. epiſtola pro defenſione ſanctarũ imaginũ: quã epiſtolã ipſe in ſecũda ſynodo Nicæna aduerſus iconoclaſtas hæreticos defendit. Naziãzi, S. Cęſarij, fratris B. Gregorij Theologi, quẽ idẽ Gregorius inter agmina beatorũ ſe vidiſſe teſtatur.

A iij. Quarto Kalendas Martij. Luna. 26

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
16	17	18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27			

PErgæ in Pamphylia, natalis beati Neſtoris epiſcopi, qui in perſecutione Decij cum die noctuque orationi inſiſteret, poſtulans vt grex Chriſti cuſtodiretur, comprehenſus, nomẽ Dñi mira libertate & alacritate confeſſus, iuſſu præſidis Pollionis equuleo crudeliſſimè tortus eſt, ac demũ cum ſe conſtanter Chriſto ſemper adhæſurum profiteretur, crucis ſuſpendio victor migrauit in cęlũ. Ibidẽ, paſſio SS. Papiæ, Diodori, Cononis, & Claudiani, qui ſanctũ Neſtorem martyrio præceſſerunt. Alexandriæ, S. Alexandri epiſcopi, glorioſi ſenis, qui poſt beatum Petrum eiuſdem ciuitatis epiſcopũ, Arium presbyterum ſuum hæretica impietate deprauatum, & diuina veritate conuictum de Eccleſia eiecit, & poſtea inter trecentos decẽ & octo patres eundem in Concilio Nicæno damnauit. Item, ſanctorum martyrũ Fortunati, Felicis, & aliorum viginti ſeptẽ. Bononiæ, ſancti Fauſtiniani epiſc. qui eam eccleſiam Diocletiani perſecutione vexatam, prædicationis verbo firmauit & auxit.

Gazæ

Gazę in Palęstina, sancti Porphyrij episcopi, qui tempore Arcadij Imperatoris Marnã famosum idolum, eiúsque templum euertit, multaq́; passus quieuit in Domino. Florentiæ, sancti Andreæ episcopi & cõfessoris. In territorio Archiacensi, sancti Victoris confessoris, cuius laudes sanctus Bernardus sermone contexuit.

17 Tertio Kalendas Martij. Luna. B ij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
17	18	19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28			

ROmæ, natalis SS. martyrum Alexandri, Abundij, Antigoni, & Fortunati. Alexandriæ, natalis sancti Iuliani martyris, qui cum ita podagra constrictus esset, vt neque incedere, neq; stare posset, à duobus famulis est allatus ad iudicem, quorũ alter fidem negauit, alter verò Chronion nomine, cognomẽto Eunus, vnà cum domino Christum confessus est, amboq́ue super camelos impositi per vrbem ducti, flagris cæsi, in ignem tandẽ iniecti martyriũ consummarũt. Ibidẽ, sancti Besę militis, qui cùm insultantes in prędictos martyres cohiberet, delatus ad iudicẽ pro fide constanter agens, truncatus capite martyrij coronam promeruit. Hispali in Hispania, S. Lean-

S.Leandri eius ciuitatis epiſcopi, cuius prædicatione & induſtria Viſigothorū gens, adiuuante Recharedo eorū rege, ab Ariana impietate ad Eccleſiam catholicā cōuerſa eſt. Conſtantinopoli, ſanctorum confeſſorum Baſilij & Procopij, qui tempore Leonis Imperatoris ob cultum ſanctarum imaginum cruciatus plurimos paſſi ſunt.

C j. Pridie Kalendas Martij. Luna. 28

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	F			
18	19	20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29			

ROmæ, natalis SS. martyrū Macarij, Rufini, Iuſti, & Theophili. Alexandriæ, paſſio SS. Cerealis, Pupuli, Caij, & Serapionis. Ibidem, cōmemoratio SS. Presbyterorū, Diaconorū, ac cęterorū miniſtrorū, qui tēpore Valeriani Imperatoris, cum peſtis ſæuiſſima graſſaretur, morbo laborantibus miniſtrantes libentiſſimè mortem oppetiêre, quos velut martyres religioſa piorum fides venerari conſueuit. Apud Lugdunū, depoſitio ſancti Romani abbatis, qui ſimul cū beato Lupicino deſerta petens, poſt multa certamina peruenit ad gloriam. Papiæ, tranſlatio corporis S. Auguſtini epiſcopi ex Sardinia inſula, opera Luithprandi Regis Longobardorum.

Kalendis

1 Kalendis Martij. Luna. D

*

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1



ROMAE, SS.Martyrũ ducentorum ſexaginta, quos iuſſit primo Claudius pro Chriſti nomine damnatos extra portã Salariam arenã fodere, deinde militum ſagittis interfici. Item, natalis SS.martyrũ Leonis, Donati, Abundantij, Nicephori, & aliorũ nouem. Carthagine, S.Donati martyris, qui in perſecutione Vuandalica paſſus eſt. Maſſilię, SS.martyrũ Hadriani, & Hermetis. Heliopoli, S.Eudociæ martyris, quæ in perſecutione Traiani à Theodoto epiſcopo baptizata, & ad certamen munita, Vincentij præſidis iuſſu percuſſa gladio, martyrij coronam accepit. Item, ſanctæ Antoninæ, quæ in perſecutione Diocletiani in vaſe quodam incluſa, in paludem Cææ demerſa eſt. Apud ciuitatem Vuerdam, S.Suitberti epiſcopi, qui tempore Sergij Papæ, apud Friſones, Batauos, & alios Germaniæ populos Euangelium prædicauit, quos cùm conuertiſſet ad Chriſtum, clarus miraculis quieuit in pace. Item, ſancti Siuiardi abbatis.

Sexto

E xxix. Sexto Nonas Martij. Luna. 2

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

ROmæ via Latina, ſanctorũ martyrũ Iouini, & Baſilei, qui paſſi ſunt ſub Valeriano & Gallieno Imperatoribus. Ibidem, ſanctorum plurimorũ Martyrum, qui ſub Alexandro Imperatore, & Vlpiano præfecto diu cruciati, ſententia capitis damnati ſunt. In portu Romano, ſanctorum martyrum Pauli, Heraclij, Secundillæ, & Ianuariæ. Cæſareæ in Cappadocia, ſanctorum martyrum Lucij epiſcopi, Abſalonis, & Lorgij. In Campania, commemoratio ſanctorum octoginta Martyrum, qui cum nollent carnes immolatas comedere, nec caput capræ adorare, à Longobardis ſæuiſſimè cæſi ſunt. Romæ, ſancti Simplicij Papę, qui Hilario in Pontificatu ſucceſſit, præclarúſque meritis quieuit in pace. In Anglia, ſancti Ceadæ epiſcopi Merciorum, & Lindisfarnorum, ſanctitate conſpicui.

Quinto

3 Quinto nonas Martij. Luna. F xxviij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
21	22	23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3			

CAeſareæ Palæſtinę, SS. martyrum Matini militis, & Aſterij Senatoris, qui tempore Gallieni paſſi ſunt: quorum Marinus accuſatus à commilitone, capite truncatus eſt, cumque eius corpus Aſterius ſubiectis humeris, & ſubſtrata veſte, pio exciperet obſequio, honorem quem martyri detulit, continuo ipſe martyr accepit. In Hiſpania, ſanctorum martyrum Hemiterij & Cheledonij, qui cum apud Legionenſem Gallæciæ vrbem in caſtris militarent, exurgente perſecutionis procella, pro confeſſione nominis Chriſti Calagurrim vſque perducti, martyrio coronati ſunt. Eodem die, paſſio ſanctorum Felicis, Lucioli, Fortunati, Marciæ, & ſociorum. Item, ſanctorum militum Cleonici, Eutropij, & Baſiliſci, qui in perſecutione Maximiani ſub Aſclepiade pręſide affecti crucis ſupplicio, Chriſti trophæo feliciter triumpharunt. Bambergæ, ſanctæ Cunegundis Auguſtæ, quæ corporis integritate, charitate in pauperes, & monaſtica obſeruantia fuit inſignis.

G
xxvij.

Quarto Nonas Martij. Luna. 4

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
22	23	24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4			

ROmæ via Appia, natalis S. Lucij Papæ & martyris, qui ſucceſſit S. Cornelio, & ſæuiente Valeriani perſecutione, truncatus capite martyrij coronam accepit, quem S. Cyprianus ſummis laudibus exornauit. Ibidem, ſanctorum Martyrum nongentorum, qui poſiti ſunt in cœmeterio Calliſti iuxta ſepulchrum S. Cæciliæ. Eadem die, S. Caij Palatini in mare demerſi. Nicomediæ, ſancti Hadriani martyris, & aliorum viginti trium, qui omnes ſub Diocletiano Imperatore martyriũ fractis cruribus cõſummarunt: cuius memoria ſexto idus Septembris, quando eius corpus Romam tranſlatũ fuit, potiſſimùm agitur. Itẽ paſſio S. Archelai, Cyrilli, & Photij. Eadẽ die, ſanctæ Heraidis martyris. Apud Cherſonẽ, paſſio ſanctorũ epiſcoporũ Baſilij, Eugenij, Agathodori, Elpidij, Etherij, Capitonis, Ephræm, Neſtoris, & Arcadij. Vilnæ in Lituania, natalis S. Caſimiri filij Caſimiri Regis, quẽ ob egregiã ſanctitatẽ, & certa miracula Leo x. Romanus Pont. in ſanctorũ numerũ retulit.

Tertio

5 Tertio Nonas Martij. Luna. C xxvj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
23	24	25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5			

ANtiochiæ, natalis S.Phocæ martyris, qui poſt multas,quas pro nomine Redẽptoris paſſus eſt iniurias, qualiter de antiquo illo ſerpente triũphauerit, hodie quoq; populis eo miraculo declaratur, quòd ſi quiſpiã à ſerpẽte morſus fuerit, vt ianuam Baſilicæ Martyris attingit, cõfeſtim ſanatur. Cæſareæ in Palæſtina, natalis S.Hadriani mart. qui Diocletiani tẽpore ſub Firmiliano præſide ob Chriſti fidẽ leoni obiectus, inde gladio iugulatus martyrij coronã accepit. Ipſo die, paſſio S.Euſebij Palatini, & aliorũ nouẽ. Itẽ in Palęſtina, S.Theocteni Cęſariẽſis epiſc. & cõfeſſoris, doctrina & ſanctitate celebris. Item in Palęſtina ad ripã Iordanis, S.Geraſimi anachoretæ, qui tẽpore Zenonis Imp. floruit ſanctitate.

6 Pridie Nonas Martij. Luna. B xxv.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	25
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
24	25	26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6				

E Nico-

NIcomediæ, ſanctorũ martyrum Victoris, & Victorini, qui per triennium vna cum Claudiano, & Baſſa vxore eius tormẽtis multis afflicti, retruſi in carcerem, ibidẽ præſentis vitæ curſum impleuerũt. Cõſtantinopoli, S. Euagrij, qui tempore Valentis Imperatoris à catholicis electus epiſcopus, ab eodem Imperatore in exilium miſſus, migrauit ad Dominũ. Eadem die in Cypro, S. Cononis martyris, qui ſub Decio Imperatore pedibus clauis cõfixis, ante currum iuſſus currere, procumbens ad genua, oranſque reddidit Deo ſpiritum. Item, natalis ſanctorum quadraginta duorum martyrũ, qui in Amorio tenti, perducti in Syriam, illic martyrium ſunt conſecuti. Cæſareæ in Palæſtina, S. Theophili epiſcopi, doctrina & vitæ integritate conſpicui. Bononiȩ, ſancti Baſilij epiſcopi, qui à ſancto Silueſtro Papa ordinatus, verbo & exemplo creditam ſibi eccleſiam ſanctiſſimè gubernauit.

C
xxiiij. Nonis Martij. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

IN monaſterio Foſſæ nouæ in Latio, natalis S. Thomȩ Aquinatis confeſſoris & doctoris, ordinis

ordinis Prædicatorum, vitæ ſanctitate & Theologiæ ſcientia illuſtris. Tuburbi in Mauritania, natalis ſanctarum martyrum Perpetuæ, & Felicitatis. hæc cum eſſet prægnans, expectata iuxta leges, vt pareret, impatiens moræ à Deo ipſo impetrauit vt octauo menſe fœtum emitteret, vt cum cæteris ad martyrium properaret: quæ (vt S. Auguſtinus ait) dum parturiebat, dolebat, obiecta feris gaudebat: paſſique ſunt cum eis Reuocata, Saturninus, & Secundolus, quorum vltimus quieuit in carcere, reliqui omnes beſtiis traditi ſunt, in perſecutione Seueri. Cæſareæ in Palæſtina, paſſio ſancti Eubuli, qui cum eſſet ſocius S. Hadriani, poſt illum biduo laniatus à leonibus, & gladio trucidatus, vltimus omnium in ea ciuitate accepit coronam martyrij. Nicomediæ, ſancti Theophili epiſcopi, qui ob cultum ſanctarum imaginum in exilium pulſus reddidit Deo ſpiritum. Peluſij in Ægypto, ſancti Pauli epiſcopi, qui eadem ex cauſa exul occubuit. In Thebaide, ſancti Pauli cognomẽto ſimplicis. In prouincia Valerię, ſancti Equitij abbatis, miræ ſanctitatis viri. Romæ, ſanctæ Redemptæ virginis.

D xxiij. Octauo Idus Martij. Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

ANtinoi in Ægypto, natalis ſanctorũ martyrum Philemonis, & Apollonij diaconi, qui tenti, & ad iudicẽ adducti, cum conſtanter idolis ſacrificare renuiſſent, perforatis calcaneis per ciuitatẽ horribiliter tracti, nouiſſimè gladio cæſi martyrium compleuerunt. Ibidem, paſſio S. Hadriani, Theotici, & aliorũ triũ, quos iudex ſubmerſos in mare necauit, ſed obſequio delphinorũ ad litus corpora eorũ delata ſunt. Nicomediæ, S. Quinctilis epiſcopi & martyris. Carthagine, S. Pontij diaconi, beati Cypriani epiſcopi, qui vſque ad diem paſſionis illius cum ipſo exilium ſuſtinens, vitæ & paſſionis eius monumentum reliquit, & in ſuis paſſionibus ſemper glorificans Dominũ coronam vitæ promeruit. Item in Africa, paſſio ſanctorũ Cyrilli epiſcopi, Rogati, Felicis: itẽ Rogati, Beatæ, Herenniæ, Felicitatis, Vrbani, Siluani, & Mamilli. In Anglia, ſancti Felicis epiſcopi, qui Orientales Anglos ad fidem conuertit. Toleti, ſancti Iuliani epiſcopi, doctrina & ſanctitate conſpicui.

Septimo

9 Septimo Idus Martij. Luna. E xxij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
t u A B C D E F F G H M N P
27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

APud Sebaſten, natalis ſanctorũ Quadraginta militum Cappadocũ, qui tempore Licinij Imperatoris ſub præſide Agricolao poſt vincula & carceres, poſt cæſas lapidibus facies, in ſtagnum gelidiſſimũ miſſi crurifragio martyriũ conſummarunt. erant autem inter eos nobiliores Cyrion, & Candidus: quorũ omniũ præclaras glorias Patres frequentibus orationibus celebrarũt. Nyſſæ, depoſitio S. Gregorij epiſcopi fratris S. Baſilij magni, doctrina & ſanctitate celebris, qui propter fidei catholicæ defenſionem exilium perpeſſus eſt, & reddita pace Eccleſiæ, collapſam fidẽ in Oriente, functus legatione reſtituit. Barcinonæ, S. Paciani epiſc. tã vita quàm ſermone cõſpicui, qui vltima ſenectute meritis clar⁹ quieuit in pace. In Morauia, SS. epiſcoporũ Cyrilli, & Methodij, qui illic Euangeliũ prædicantes, gentẽ illam conuerterũt ad Chriſtum, & Romanæ Eccleſiæ dogmatibus imbuerunt. Romæ, B. Franciſcæ viduæ, nobilitate generis, vitæ ſanctitate, & miraculorum gratia celebris.

F xxj. Sexto Idus Martij. Luna. 10

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
28	29	30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10			

APameæ in Phrygia, natalis ſanctorũ martyrum Caij, & Alexandri, qui, vt ſcribit Apollinaris Hierapolitanus epiſcopus in libro contra Cataphrygas hæreticos, ſub Marco Aurelio Antonino, & Lucio Vero, glorioſo martyrio coronati ſunt. In Perſide, paſſio ſanctorum quadraginta duorum Martyrum. In Hiſpania, ſanctorum martyrum Facundi, & Primitiuæ. Corinthi, Sanctorum martyrum Codrati, Dionyſij, Cypriani, Anecti, Pauli, & Creſcentis, qui in perſecutione Decij & Valeriani, Iaſone præſide, gladio cæſi ſunt. In Africa, S. Victoris martyris, in cuius anniuerſaria die, S. Auguſtinus de laudibus eius ad populum tractatum habuit. Hieroſolymis, S. Macarij epiſcopi & confeſſoris, cuius hortatu loca ſancta à Conſtantino & Helena expurgata, ſacris baſilicis illuſtrata ſunt. Lutetiæ Pariſiorum, depoſitio ſancti Droctouei abbatis, diſcipuli beati Germani epiſcopi. In monaſterio Luxouienſe, natalis ſancti Attalæ abbatis miraculis clari.

Quinto

11 Quinto Idus Martij. Luna. G

xx.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N P
29 30 1 2 3 4 5 6 6 7 8 9 10 11

CArthagine, ſanctorum martyrum Heraclij, & Zoſimi. Alexandriæ, paſſio ſanctorum Candidi, Piperionis, & aliorum viginti. Laodiceę in Syria, natalis ſanctorum martyrum Trophimi, & Thali, qui perſecutione Diocletiani poſt multa ſæuaque tormenta, coronas gloriæ ſunt aſſecuti. Antiochię, commemoratio SS. Martyrũ, qui Maximi Imperatoris mandato alij candentibus craticulis ſuperpoſiti, non ad mortem, ſed ad diuturnum cruciatũ aſſati ſunt, alij aliis exquiſitis cruciati tormẽtis, ad palmam martyrij peruenerunt. Sardis, ſancti Euthymij epiſcopi, qui ob cultum, ſanctarum imaginum ab Michaele Imperatore Iconoclaſta in exilium miſſus, demum Theophilo imperante martyrium cõſummauit. Babuci apud Hernicos, ſancti Petri confeſſoris, qui ſanctitate & miraculis claruit.

A xix. Quarto Idus Martij. Luna. 12

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

ROmæ, S. Gregorij Papæ, & Eccleſiæ Doctoris eximij, qui Pelagio ſecũdo ſucceſſit, & ob res præclarè geſtas, atq; Anglos ad Chriſti fidẽ cõuerſos, Magnus eſt dictus, & Anglorum Apoſtolus appellatus. Itẽ Romæ, S. Mamiliani martyris, qui per tormenta coronam martyrij aſſecutus eſt. Nicomediæ, S. Petri martyris cubicularij Diocletiani Imp. qui cũ de martyrum ſuppliciis quereretur, eo iubẽte ſuſpẽſus, flagris diriſſimè cæditur, membraq; exulcerata, ſale & aceto perfricata ſuper craticulam lento igne cremanda ſunt poſita, ſicq́ue coronã adeptus, verè Petri heres & fidei & nominis fuit. Ibidẽ, ſancti Egdunij presbyteri, & aliorũ ſeptem, qui ſinguli diebus ſingulis ſuffocati ſunt, vt cæteris metus incuteretur. Conſtantinopoli, S. Theophanis, qui ex ditiſſimo, monachus pauper effectus, pro cultu ſacrarũ imaginũ à Leone Armeno Imperatore biennio detentus in carcere, inde Samothraciã deportatus, ibidem confectus ærumnis reddidit Deo ſpiritũ, multisq́. miraculis claruit.

Tertio

13 Tertio Idus Martij. Luna. B xviij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13

NIcomediæ, natalis SS. martyrũ Macedonij, Patriciæ vxoris eius, & Modeſtæ filiæ. Nicææ, SS. martyrum Theuſetæ, & Horris filij eius, Theodoræ, Nymphodoræ, Marci, & Arabię, qui omnes pro Chriſto igni traditi ſunt. Hermopoli in Ægypto, ſancti Sabini martyris, qui multa paſſus, tandem proiectus in flumen martyrium conſummauit. In Perſide, ſanctæ Chriſtinæ, quæ Chriſto coniuncta, nec per cruciatus, nec per mortẽ ab eo diuelli potuit. Conſtantinopoli, ſancti Nicephori epiſcopi, qui paternarum traditionum propugnator acerrimus, Leoni Armeno Imperatori Iconoclaſtæ pro cultu ſanctarum imaginum ſe conſtanter oppoſuit, à quo multatus exilio, ibi quattuordecim annos longum ducens martyriũ migrauit ad Dominum. In Thebaide, depoſitio ſanctæ Euphraſiæ virginis, quæ Euphraſiæ matris ſectata veſtigia, ſanctitate & miraculis clara quieuit in Domino.

C xvij. Pridie Idus Martij. Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1
t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

ROmæ, natalis ſanctorum quadraginta ſeptem Martyrum, qui baptizati ſunt à beato Apoſtolo Petro, cum teneretur in cuſtodia Mamertini cum coapoſtolo ſuo Paulo, vbi nouem menſes detenti ſunt: qui omnes ſub deuotiſſima fidei confeſſione Neroniano gladio conſumpti ſunt. In Africa, ſanctorũ martyrum Petri, & Aphrodiſij, qui vrgente perſecutione Vuandalica cæſi ſunt. Carrhis in Meſopotamia, S. Eutychij patricij, & ſociorum, qui captus ab Euelid Arabum rege, ob fidei confeſſionem vna cum cæteris ſociis necatus eſt. In prouincia Valeriæ, ſanctorum duorum Monachorum, quos Longobardi ſuſpendio necauerunt in arbore, vbi licet defuncti eſſent, ab hoſtibus etiam ipſis auditi ſunt pſallere. Qua etiã perſecutione Diaconus eccleſiæ Marſicanæ in confeſſione fidei capite truncatus fuit. Halberſtatti in Germania, dormitio ſanctæ Mathildis Reginæ, matris Othonis primi Imperatoris, humilitate & patientia celebris.

Idibus

15 Idibus Martij. Luna. D
xvj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

CÆſareæ in Cappadocia, paſſio S. Longini centurionis, qui, vt fertur, lancea latus Domini aperuit. Eadem die, natalis S. Ariſtobuli Apoſtolorum diſcipuli, qui curſu prædicationis peracto, martyrium conſummauit. Theſſalonicæ, natalis ſanctæ Matronæ ancillæ cuiuſdam Iudææ, quæ cum furtiuè Dei eccleſiam frequentaret, à domina deprehenſa, & diutius cruciata, demũ robuſtis fuſtibus acriter percuſſa, in Chriſti confeſſione reddidit Deo ſpiritũ. Eadem die, S. Menigni fullonis, qui ſub Decio paſſus eſt. Item, S. Nicandri martyris, qui cũ ſtudioſè perquireret ſanctorũ martyrũ reliquias pretioſas, & ipſe martyr effici meruit ſub Diocletiano Imperatore. Romæ, natalis S. Zachariæ Papæ, qui poſt Gregorium tertium ſedit, factuſque eſt reconciliatio in tempore iracundiæ, & clarus meritis quieuit in Dño. Reate, S. Probi epiſcopi, cui morienti Iuuenalis & Eleutherius martyres adfuerunt. Romę, Sancti Specioſi monachi, cuius animã germanus eius ferri vidit in cælum.

Decimo-

E xv. Decimoseptimo Kal. April. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

ROmę, sancti Cyriaci diaconi, qui in persecutione Diocletiani & Maximiani, post longã carceris macerationem liquata pice perfusus, in catasta extensus, atractus neruis, & fustibus cæsus, demũ cũ Largo, & Smaragdo, & aliis viginti trũcatus est capite. Horũ festiuitas agitur sexto idus Augusti, qua die à S. Marcello Papa eorũ corpora sunt eleuata, & honorabili obsequio tumulata. In Lycaonia, S. Papæ martyris, qui ob Christi fidem verberibus cæsus, vngulis ferreis laceratus, clauatis calceis incedere iussus est, inde arbori alligatus, migrãs ad Dñm, eãdem arborẽ ex sterili reddidit fructuosam. Anazarbi in Cilicia, S. Iuliani martyris, qui sub Marciano præside diutissimè cruciatus, demũ inclusus sacco vna cũ serpentibus, in mare demersus est. Rauennę, S. Agapiti episcopi & cõfessoris. Colonię S. Heriberti episcopi sanctitate celebris. Aruernis, S. Patricij episcopi & confessoris. In Syria, S. Abrahæ eremitæ, & confessoris egregij, cuius res gestas, sanctus Ephræm diaconus cõscripsit.

Decimo

17 Decimosexto Kal. April. Luna. F xiiij.

a b c d e f g h i k l m n p q r s
18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4
t u A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 11 12 12 13 14 15 16 17

ROmæ, sanctorum martyrũ Alexandri & Theodori. Alexandriæ, commemoratio plurimorũ SS. Martyrum, qui à Serapidis cultoribus tenti, eo quòd idolũ iussi adorare id facere constanter renuissent, sæuissimè cęsi sunt imperatore Theodosio, qui mox rescriptum dedit, vt Serapidis templum destrueretur. Constantinopoli, natalis sancti Pauli martyris, qui sub Constantino Copronymo, propterea quòd sanctarum imaginum cultum defenderet, igne comburitur. Ibidem, sancti Theosterícti confessoris, qui ob eandem causam multa passus migrauit ad Dominum. In Hibernia, sancti Patricij confessoris, qui à Romano Pontifice obtenta Euangelij prædicandi auctoritate, Scotos atq; Hibernos perduxit ad fidem. Cabilone, natalis sanctæ Agricolæ episcopi & confessoris. Niuigellæ in Brabantia, sanctę Gertrudis virginis, quæ clarissimo genere orta, cuncta despiciens, Christum sponsum habere meruit.

Decimo-

G xiij. Decimoquinto Kal. April. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
6	7	8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18			

CÆſareæ in Palæſtina, S. Alexandri epiſcopi, qui cum de Cappadocia deſiderio ſanctorum locorum Hieroſolymam pergeret, & Narciſſus eiuſdẽ vrbis epiſcopus iam ſenex regeret Eccleſiam, diuina reuelatione eius gubernacula ſuſcepit: poſtmodum verò in perſecutione Decij cum iam longæuę ætatis veneranda canitie præfulgeret, ductus Cæſaream, & clauſus carcere, ob confeſſionem Chriſti martyrio coronatus eſt. Nicomediæ, commemoratio ſanctorum decem Militum, qui pro Chriſti confeſſione gladio percuſſi, & martyrij palmam aſſecuti migrauerunt in cælum. Item, SS. martyrum Trophimi & Eucarpij. Hieroſolymis, S. Cyrilli epiſcopi, cuius intemeratæ fidei œcumenica ſynodus ad Damaſum ſcribens perhibuit teſtimonium. Lucæ, natalis ſancti Frigdiani epiſcopi, virtute miraculorũ illuſtris: cuius feſtiuitas potiſſimum agitur xiiij. Kal. Decembris, quandò ſacrum eius corpus tranſlatũ fuit. Mantuæ, S. Anſelmi epiſcopi & confeſſoris. In Britannia,

S. Eduardi

S.Eduardi Regis, qui ſanctitate refulgens, dolis nouercæ necatus, multis miraculis claruit.

19 Decimoquarto Kal. April. Luna. A xij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
7	8	9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19			

IN Iudæa, natalis S. Ioſeph ſponſi beatiſſimæ ſemper virginis Dei genitricis Marię. Brixiæ, ſancti Caloceri martyris, qui à ſanctis Fauſtino & Iouita cõuerſus ad Chriſtum, glorioſum confeſſionis certamen exegit. Surrẽti, ſanctorũ martyrũ Quincti, Quinctillæ, Quartillæ, & Marci, cũ aliis nouem. Item, SS. Apollonij, & Leontij, epiſcoporum. Nicomedię, ſancti Pancharij Romani, qui ſub Diocletiano truncatus capite, accepit coronam martyrij. Amiſi in Paphlagonia, ſanctarũ ſeptem mulierũ, Alexandræ, Claudiæ, Euphraſiæ, Matronæ, Iulianæ, Euphemiæ, & Theodoſiæ, quæ in confeſſione fidei cæſæ ſunt, eáſque ſecutæ ſunt Derphuta, & ſoror ipſius. Gandaui, ſanctorũ Lãdoaldi Romani presbyteri, & Amantij diaconi, qui à S. Martino Papa ad prædicandũ Euãgeliũ miſſi, multis poſt obitum ſunt illuſtrati miraculis. Apud Pinnenſem ciuitatem, natalis ſancti Ioannis, magnæ ſanctitatis viri,

viri, qui è Syria veniens, extructo illic monasterio, clarus miraculis quieuit in pace.

B xj. Decimotertio Kal. April. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

IN Aſia, ſancti Archippi commilitonis beati Pauli Apoſtoli: ſic enim eum appellat in epiſtola quam ſcripſit ad Philemonē. In Syria, ſanctorum martyrū Pauli, Cyrilli, Eugenij, & aliorum quattuor. Eadem die, ſanctorum Photinæ Samaritanę, Ioſeph & Victoris filiorū, itemq́ue, Sebaſtiani ducis, Anatolij, Photij, Photidis, Paraſceues, & Cyriacæ germanarum, qui omnes Chriſtum confeſſi, martyrium ſunt conſecuti. Eadē die, ſancti Ioachim patris ſanctiſſimę Dei genitricis Mariæ. Item, ſancti Nicetæ epiſcopi Apolloniæ, qui pro ſanctarum imaginum cultu pulſus in exiliū, reddidit Deo ſpiritū. In monaſterio Fontanellæ, S. Vulfranni epiſcopi Senonenſis, qui ſedi cedens, ibidem clarus miraculis quieuit in pace. In Britannia, S. Cuthberti epiſcopi Lindisfarnenſis, qui à pueritia ad obitum vſque, ſanctis operibus & miraculis claruit. Coloniæ, ſancti Gumberti epiſcopi & confeſſoris.

Duode-

21 Duodecimo Kal. April. Luna. C
z.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8
t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 16 17 18 19 20 21

IN monte Caſſino, natalis S. Benedicti abbatis, qui collapſam pæne monachorũ diſciplinam in Occidente reſtituit, atque mirificè propagauit, cuius vitã miraculis glorioſam S. Gregorius Papa conſcripſit. Alexandriæ, cõmemoratio ſanctorum martyrum, qui ſub Conſtantio Imperatore, & præfecto Philagrio, irruentibus Arianis & gentilibus in eccleſia in die Paraſceues cæſi ſunt. Item, S. Serapionis Thmueos epiſcopi, ſanctitate & doctrina celebris, qui eodem graſſante Arianorũ furore in exiliũ actus, quieuit in Dño. Eadem die, ſanctorũ martyrũ Philemonis, & Domnini. Item, S. Iacobi epiſcopi, qui ob cultũ ſacrarum imaginũ in cruciatibus tradidit Deo ſpiritum. Item, natalis ſanctarũ martyrum Callinicæ, & Baſiliſſæ. Catanæ, ſancti Birilli, qui à ſancto Petro ordinatus epiſcopus, cũ multos gentilium conuertiſſet ad fidem, in vltima ſenectute quieuit in pace. Apud Lugdunum, ſancti Lupicini abbatis, cuius vita ſanctitatis & miraculorum gloria fuit illuſtris.

D ix. Vndecimo Kal. April. Luna. 21

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9

t u A B C D E F F G H M N P

10 11 12 13 14 15 16 17 17 18 19 20 21 22

NArbonę in Gallia, natalis S. Pauli epiſcopi, Apoſtolorum diſcipuli, quem tradunt fuiſſe Sergium Paulũ proconſulem, qui à beato Apoſtolo Paulo baptizatus, & cũ in Hiſpaniam pergeret, apud Narbonam relictus, ibidem epiſcopali dignitate donatus eſt: vbi prædicationis officio non ſegniter expleto, clarus miraculis migrauit in cælum. Tarracinæ ſancti Epaphroditi Apoſtolorũ diſcipuli, qui in Latio prędicans Euangelium, illius ciuitatis epiſcopus à ſancto Petro eſt ordinatus. In Africa, SS. martyrum Saturnini, & aliorum nouem. Carthagine, ſancti Octauiani archidiaconi, ac multorum millium ſanctorum martyrum, qui ob fidem catholicam tuendam à Vuandalis cæſi ſunt. Ibidem, S. Deogratias epiſcopi Carthaginenſis, qui ductos ab Vrbe captiuos à Vuandalis redemit, ſanctiſque operibus celebris quieuit in Domino. Auximi in Piceno, S. Benuenuti epiſcopi, qui multis miraculis claruit. Romę, S. Leæ viduę, cuius virtutes, & ad Deũ tranſitũ, ſanctus Hieronymus ſcribit.

ſcribit. In Suetia, ſanctæ Catherinæ filiæ ſanctæ Brigittæ, quæ iuncta licet coniugio, in virginitate viro annuente permanſit, & miraculis clara quieuit in pace.

23 Decimo Kal. April. Luna. E viij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
11	12	13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23			

IN Africa, ſanctorum martyrum Victoriani Proconſulis Carthaginis, & duorum germanorum Aquiſregienſium: item Frumentij, & alterius Frumentij mercatorum, qui in perſecutione Vuandalica, vt ſcribit Victor Africanus epiſcopus, ſub Hunnerico rege Ariano pro conſtantia catholicę cõfeſſionis immaniſſimis ſuppliciis cruciati, egregiè coronati ſunt. Item in Africa, ſancti Fidelis martyris. Ibidem, ſancti Felicis, & aliorum viginti. Cæſareæ Palæſtinæ, ſanctorũ martyrum Niconis, & aliorum nonaginta nouem. Ibidem ſancti Iuliani. Item, coronæ ſanctorum martyrum Domitij, Pelagiæ, Aquilæ, Eparchij, Theodoſiæ. Antiochiæ, ſancti Theoduli presbyteri. In Campania, ſancti Benedicti monachi, qui cum à Gothis in ardenti clibano eſſet incluſus, ſequenti die inuentus

est illæsus, ac postea sanctitate conspicuus quieuit in Domino.

F vij. Nono Kalendas April. Luna. 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
12	13	14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24			

ROmæ, passio sancti Pigmenij presbyteri, qui sub Iuliano Apostata pro fide Christi in Tiberim præcipitatus, necatus est. Ibidem, sanctorum Martyrum Marci & Timothei, qui sub Marco Aurelio Antonino martyrio coronati sunt. Item Romæ, S. Epigmenij presbyteri, qui in persecutione Diocletiani sub Turpio iudice cæsus gladio, martyriũ consummauit. In Mauritania, natalis Sanctorum Romuli & Secundi fratrum, qui pro Christi fide passi sunt. Cæsareę in Palæstina, natalis sanctorum martyrum Timolai, Dionysij, Romuli, Alexandri, alterius Alexandri, Agapij, & alterius Dionysij, qui in persecutione Diocletiani sub Vrbano præside securi percussi, vitæ coronas meruêre. Tridenti, passio sancti Simonis innocentis puelli, à Iudæis in odium Christi sæuissimè trucidati, qui multis postea miraculis coruscauit. Viennę, sancti Veri episcopi, sanctitate & doctrina conspicui, qui vnus



vnus fuit ex auditoribus Apoſtolorũ. Synnadæ in Phrygia, ſancti Agapiti epiſcopi. In Syria, ſancti Seleuci confeſſoris. Apud Reate, S. Stephani abbatis, miræ patientiæ viri, in cuius tranſitu ſancti angeli cæteris etiam videntibus adfuêre.

25 Octauo Kal. April. Luna. G vj.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
t u A B C D E F F G H M N P
13 14 15 16 17 18 19 20 20 21 22 23 24 25

ANnuntiatio beatiſſimæ ſemper virginis genitricis Dei Mariæ. Romæ, S. Quirini martyris, qui ſub Claudio Imperatore poſt facultatum amiſſionem, poſt carceris ſquallorem, poſt multorum verberum afflictionem, gladio interfectus eſt, & in Tiberim proiectus: quem Chriſtiani in inſula Lycaonia inuenientes, in cœmeterio Pontiani condiderunt. Ibidem, ſanctorum ducentorum ſexaginta duorum Martyrum. Sirmij, ſancti Irenæi epiſcopi, qui tempore Maximiani Imperatoris ſub præſide Probo primum tormentis accerrimis vexatus, deinde diebus plurimis in carcere cruciatus, nouiſſimè abſciſſo capite conſummatus eſt. Nicomediæ, ſanctæ Dulæ ancillæ cuiuſdam militis, quæ pro caſtitate ſeruanda occiſa, martyrij coronam promeruit.

meruit. Hierosolymis, commemoratio S. Latronis, qui in cruce Christum cõfessus, ab eo audire meruit: Hodie mecũ eris in paradiso. Laodiceæ, S. Pelagij episcopi, qui tẽpore Valentis ob tuendam fidem catholicam exilium & alia passus, quieuit in Domino. Pistorij, sanctorum confessorum Barontij & Desiderij. In Antro insula Ligeri fluminis, sancti Hermelandi abbatis, cuius gloriosa conuersatio miraculorum præconio commendatur.

A v. Septimo Kalen. April. Luna. 26

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

Romę via Lauicana, natalis S. Castuli martyris, qui cum esset zetarius palatij, & hospes sanctorũ, à persecutoribus arctatus, & tertio appensus, tertio auditus, in confessione Domini perseuerans, missus est in foueã, & dimissa super eum massa arenaria, martyrio migrauit ad Christum. Ibidem, coronæ SS. martyrum Petri, Marciani, Iouini, Theclæ, Cassiani, & aliorum. Pentapoli in Libya, natalis S. Theodori episcopi, Irenæi diaconi, Serapionis & Ammonij lectorum. Sirmij, sanctorum martyrum Montani, &

Maximæ,

Maximæ, qui ob Christi fidem in flumē demersi sunt. Item, sanctorū martyrum Quadrati, Theodosij, Emmanuelis, & aliorū quadraginta. Alexandriæ, sanctorū martyrum Eutychij, & aliorum, qui Constantij tempore sub duce Sebastiano, & Georgio episcopo Ariano pro fide catholica cæsi sunt. Eadem die, S. Stephani confessoris, qui ob cultum sanctarum imaginum sub Leone Armeno cęsus, & in exilium missus quieuit in Domino. Item, natalis sancti Ludgeri episcopi Monasteriensis, qui Saxonibus Euangelium prædicauit.

27 Sexto Kal. April. Luna. B iiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

CArthagine, sancti Sebastiani comitis, qui cum corā Geiserico rege Ariano constantissimè fidē catholicam propugnaret, ab eodem alia quadam causa cōficta, inuidens illi martyrij gloriā, iussus est occidi. In Pannonia, S. Alexandri martyris. Item, sanctorum Phileti senatoris, Lydiæ vxoris, & filiorum Macedonis & Theopropidi: itemq; Amphilochij ducis, & Chronidę cōmentariensis, qui pro Christi confessione cæsi

ſunt. In Perſide, ſanctorum martyrum Zanitæ, Lazari, Marotæ, Narſetis, & aliorum quinque, qui ſub Sapore rege Perſarũ ſæuiſſimè trucidati ſunt. Smyrnæ, ſancti Thraſeę epiſcopi & martyris. Dertonæ, S. Marciani epiſcopi & martyris. Salisburgi, S. Ruperti epiſcopi, qui apud Bauaros & Noricos Euangelium mirificè propagauit. In Ægypto, S. Ioannis eremitæ, magnæ ſanctitatis viri, qui inter cætera virtutum inſignia etiam prophetico ſpiritu plenus Theodoſio Imperatori Chriſtianiſſimo victorias de tyrannis Maximo & Eugenio prædixit.

C iij. Quinto Kal. April. Luna. 28

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
16	17	18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28			

CÆſareæ in Palæſtina, natalis ſanctorum martyrum Priſci, Malchi, & Alexandri, qui in perſecutione Valeriani, cũ in ſuburbano agello ſupradictæ vrbis habitarent, atque in ea cæleſtes martyrij proponerentur coronę, diuino fidei calore ſuccenſi, vltro iudicem adeuntes, cur tantũ in ſanguinem piorũ deſæuiret, obiurgant: quos ille continuo pro Chriſti nomine beſtiis tradidit deuorandos. Tarſi in Cilicia, ſanctorum marty-

martyrum Castoris & Dorothei. Item Phileti, & sociorũ, qui sub Hadriano Imperatore martyriũ susceperũt. In Africa, SS. martyrũ Rogati, Successi, & aliorum sexdecim. Apud Nursiam, sancti Spei abbatis, miræ patientiæ viri, cuius anima cum ex hac vita migraret, in columbæ specie à cunctis fratribus visa est in cælũ ascendere. Cabilone in Galliis, sancti Guntramni Regis, qui spiritalibus actionibus ita se mancipauit, vt relictis sæculi pompis, thesauros suos ecclesiis & pauperibus erogaret.

29 Quarto Kal. April. Luna. D ij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
17	18	19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29			

IN Persia, SS. martyrũ Ionæ & Barachisi, qui sub Sapore rege Persarũ, cùm cæteros martyres hortarẽtur, à Magis tenti, post dira supplicia, Ionas pressus in cochlea, confractis ossibus medius dissectus est, alter oppletis faucibus pice ardenti, comburitur & suffocatur. Heliopoli apud Libanum, sancti Cyrilli diaconi, qui cũ tempore Constantini cõfregisset idola, sub Iuliano Apostata à gentilibus sæuissimè cæsus est, eiusque dissecto ventre auulsum iecur iidem feraliter de-

pasti sunt. Nicomediæ, passio SS. Martyrũ Pastoris, Victorini, & sociorũ. In Africa, S. Armogastis comitis, qui ob fidem catholicã à Geiserico Vuandalorum rege Ariano dirissimè tortus est: sed cum illi martyrij gloriam inuideret, ad opprobrium vaccas eum pascere iussit, sicq; ærumnis confectus in fidei confessione migrauit ad Dominum. Ibidem, S. Masculæ archimimi, & Saturi regiæ domus procuratoris, qui bona, filios, vxorem, quã idem Rex tradidit camelario, & cætera omnia pro catholica fide tuenda despexit. In monasterio Luxouiensi, S. Eustasij abbatis sanctitate conspicui.

E
j. Tertio Kal. April. Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
18	19	20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30			

ROmæ via Appia, sancti Quirini tribuni, qui Traiano imperante à beato Alexandro Papa, quem habebat in custodia, cum omni familia baptizatus, traditúsq; Aureliano iudici, in fidei confessione post linguæ abscissionem, equulei suspensionẽ, manuumq; ac pedũ obtrũcationẽ, agonem martyrij gladio cõsummauit. Thessalonicæ, natalis SS. Domnini, Victoris, & sociorum.

ſociorũ. Apud Aſtenſem ciuitatem, S.Secundi martyris. Conſtantinopoli, cõmemoratio ſanctorũ Martyrũ, quos Cõſtantij tẽpore Macedonius hęreſiarcha inaudito tormentorum genere cruciatos occidit: nã inter cætera, fideliũ mulierũ vbera inter labra arcarũ compreſſa diſſecuit, & candenti ferro combuſſit. In caſtro Siluanectenſi, depoſitio S.Reguli epiſcopi & cõfeſſoris. Aureliæ in Gallia, S.Paſtoris epiſcopi. Syracuſis, S.Zoſimi epiſcopi. In monte Sina, S.Ioannis Climaci abbatis. Aquini, S.Clinij confeſſoris.

31 Pridie Kalendas Aprilis. Luna. F *

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

THecue in Palæſtina, S.Amos prophetæ, quem Amaſias ſacerdos frequẽter plagis afflixit, & filius eius Ozias veſte per tẽpora tranſfixum necauit. In Africa, SS.martyrum Theoduli, Aneſij, Felicis, Corneliæ, & ſociorum. In Perſide, ſanctorum martyrum Abdæ epiſcopi, & aliorum plurimorum, qui diris & variis tormẽtorũ generibus cruciati, ſub Iſdegerde Rege, atq; eius filio, glorioſum martyrium conſecuti ſunt. Ibidem, ſancti Beniamin diaconi, qui ſub eodem


eodem Rege cum Dei verbũ non deſiſteret prædicare, acutis arundinibus confixis vngulis, ſpinoſa ſude per aluum tranſmiſſa, martyriũ conſummauit. Ibidẽ, S. Hormiſdæ confeſſoris, qui illuſtri genere ortus, ad ignominiã camelorum famulatui mancipatur. Gangris, S. Hypatij epiſcopi & confeſſoris. Romæ, ſanctæ Balbinę virginis, filiæ ſancti Quirini martyris, quę à ſancto Alexandro Papa baptizata, & in virginitate inſtituta, poſt deuictum huius ſęculi curſum ſepelitur via Appia iuxta patrem ſuum.

G

xxix. Kalendis Aprilis. Luna. 1

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1	2



OMAE, paſſio ſanctæ Theodoræ ſororis illuſtriſſimi martyris Hermetis, quę ſub Hadriano Imperatore ab Aureliano iudice affecta martyrio, ſepulta eſt iuxta fratrem ſuum via Salaria non longè ab Vrbe. Eodem die, ſancti Venantij epiſcopi & martyris. In Ægypto, ſanctorũ martyrum Victoris & Stephani. In Armenia, ſanctorũ martyrũ Quinctiani & Irenæi. Theſſalonicæ

nicæ, ſanctorum martyrum Agapis, Chioniæ, & Irenes, quarum duæ primæ cum Chriſtũ negare nollent, igni traditæ ſunt: Irene autem ob occultatos ſacros libros contra Diocletiani edictum, à Dulcetio præfecto ad lupanar primum dãnata eſt: ſed cũ nemo auderet accedere, igne cremari iuſſa martyriũ conſummauit. Conſtantinopoli, S. Macarij cõfeſſoris, qui pro aſſertione ſanctarũ imaginum à Leone Imperatore diu vexatus, & in inſulam relegatus, clarus miraculis quieuit in pace. Gratianopoli, S. Hugonis epiſcopi, qui Carthuſianorum primus hoſpes fuit & comes. Apud Ambianum, ſancti Vualerici abbatis miraculis clari.

2 Quarto Nonas April. Luna. A xxviij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
21	22	23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3			

CÆſareæ in Palæſtina, natalis S. Amphiani martyris, qui in perſecutione Maximini cum Vrbanum præfectum idolis immolantem arguiſſet, ſæuè dilaniatus, ac pedibus lino in oleum intincto obuolutis incenſus, in mare demerſus, tranſiens per ignem & aquam eductus eſt in refrigerium. Ibidem, natalis ſanctæ Theodoſiæ

doſię virginis Tyriæ,quę in eadem perſecutione ſub eodem præfecto, cum ſanctos martyres certantes publicè ſalutaſſet, atque rogaſſet vt cum ad Dominum perueniſſent,ſui memores eſſent, à militibus tenta, dilaniata,mãmíſque diſciſſis, in mare tandem mergi iubetur. Lugduni,S.Nicetij eiuſdē vrbis epiſcopi,vita & miraculis clari. Apud Comum, ſancti Abundij epiſcopi,ſanctitate celebris. Eadem die, S.Franciſci de Paula, ordinis minimorum inſtitutoris. In Palæſtina, ſanctæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ ex peccatorum cœno per pænitentiam ſublimatur in cælum.

B xxvij. Tertio Nonas April. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
22	23	24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4			

TAuromenij in Sicilia,S.Pancratij epiſcopi,qui Chriſti Euangeliū, quod à S.Petro Apoſtolo illuc miſſus prædicauerat, martyrij ſanguine conſignauit. Tomis in Scythia,natalis SS.martyrū Euagrij & Benigni. Tyri, S.Vlpiani martyris, qui in perſecutione Maximiani cum aſpide & cane inſutus culleo, in mare demerſus eſt. In monaſterio Meditij in Oriente, S.Nicetæ abbatis, qui ob cultum ſanctarum imaginum

ſub

ſub perſecutione Leonis Armeni multa paſſus in carcere, in inſulam iterum relegatus, tandem in pace Eccleſiæ ſpiritum Deo reddidit, & miraculis claruit. In Anglia, S. Richardi epiſcopi Ciceſtrienſis, ſanctitate & miraculorũ gloria conſpicui. Ibidẽ, ſanctæ Burgundoforæ abbatiſſæ, & aliarum ſanctarum virginum, quæ ſub eius cura degentes, meritis & miraculis celebres migrarunt in cælum.

4 Pridie Nonas Aprilis. Luna. C xxvj. 25.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
23	24	25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5			

THeſſalonicę, ſanctorum martyrum Agathopodis diaconi, & Theoduli lectoris, qui ſub Maximiano Imp. & Fauſtino prę ſide, ob Chriſtianę fidei confeſſionẽ, alligato ad collum ſaxo, in mare demerſi ſunt. In Perſia, S. Azadis eunuchi Sapori Regi chariſſimi, qui vna cũ plurimis eiuſdẽ Regis familiaribus, promulgato in die Paſchæ aduerſus Chriſtianos Regis edicto, cũ in ſancta religione perſtarẽt, per martyriũ in cęlum tranſeuntes, ęternum Paſcha cũ Domino celebrarunt. Mediolani, depoſitio S. Ambroſij epiſcopi & confeſſoris, cuius ſtudio inter cętera doctri-

doctrinę & miraculorũ insignia, tempore Arianæ perfidiæ tota fere Italia ad catholicam fidem conuersa est. Hispali in Hispania, S. Isidori episcopi, sanctitate & doctrina conspicui, qui zelo catholicæ fidei, & obseruantia ecclesiasticæ disciplinæ Hispanias illustrauit. Constantinopoli, S. Platonis monachi, qui annos octo & quadraginta aduersus hæreticos effractores sanctarum imaginum inuicto animo decertauit. In Palæstina, sancti Zosimi anachoretæ, qui funus sanctæ Mariæ Ægyptiacæ curauit.

D

XXV

Nonis Aprilis. Luna. 5

xxiiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6

IN Ægypto, natalis sanctorũ martyrũ Marciani, Nicanoris, & Apollonij. Item, sanctorum martyrum Claudij, Diodori, Victoris, Victorini, Papij, Nicephori, & Serapionis. Eadem die, S. Zenonis, qui detracta pelle, pice illitus, in ignem coniectus martyrium consummauit. In Lesbo insula, passio quinque sanctorum Martyrum. In Africa, passio sanctorum Martyrum, qui in persecutione Geiserici regis Ariani in die Paschæ in ecclesia cæsi sunt, quorũ lector dum in pul-

in pulpito alleluia cantaret, gutture ſagitta trãſfixus, migrans in cęlum, cum angelis illud ſemper cantare non deſtitit. Venetiæ in Britannia minori, S. Vincentij cognomento Ferrerij, ordinis Prædicatorũ, qui potens opere & ſermone, multa millia infideliũ conuertit ad Chriſtum.


6 Octauo Idus Aprilis. Luna. E

xxiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7

ROmæ, S. Xyſti Papæ & martyris, qui ſancto Alexandro in ſede ſucceſſit & in martyrio. In Macedonia, ſanctorũ martyrũ Timothei & Diogenis. In Perſide, ſanctorum centum viginti Martyrum. Item aliorum, qui in Adiabenorum regione ſub Sapore rege Perſarũ martyrium conſecuti ſunt. Aſcalone, paſſio ſanctorum duorũ Martyrum. Carthagine, ſancti Marcellini, qui ob patrocinium catholicæ fidei ab hæreticis occiſus eſt. Romæ, natalis S. Cæleſtini Papæ, qui Bonifacio in Pontificatu ſuccedens, Neſtorium Conſtantinopolitanum epiſcopum damnauit, Pelagiumq́ue fugauit: cuius etiam auctoritate, ſancta vniuerſalis Synodus Epheſina aduerſus eundem Neſtorium celebrata eſt:



demum clarus meritis quieuit in Domino. In Hibernia, sancti Celsi episcopi, qui sanctum malachiam pręcessit, & sanctitate refulsit. In Dania, sancti Vuilelmi abbatis, vita & miraculis clari. Romæ, sanctæ Gallæ viduæ, Symmachi Consulis filię, cuius virtutes, & felicissimũ ad Deum transitum, sanctus Gregorius Papa descripsit.

F xxij. Septimo Idus Aprilis. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
26	27	28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8			

IN Africa, natalis sanctorum martyrum Epiphanij episcopi, Donati, Ruffini, & aliorum tredecim. Sinope in Ponto, sanctorum ducentorum Martyrum. In Cilicia, sancti Calliopij martyris, qui sub Maximo præfecto post alia tormenta verso in terrã capite cruci affixus, nobili corona martyrij sublimatur. Nicomediæ, S.Cyriaci, & aliorũ decem martyrum. Alexandriæ, S.Peleusij presbyteri & martyris. Romæ, sancti Hegesippi, qui vicinus Apostolorũ temporibus Romam venit ad Anicetũ Pontificem, ibique mansit vsque ad Eleutherium, & Ecclesiasticorum actuum à passione Domini vsque ad suam ætatẽ sermone simplici historiã texuit, vt quo-

vt quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. In Syria, ſancti Aphratis anachoritę, qui Valentis tempore catholicam fidem virtute miraculorum aduerſus Arianos defendit. Eadem die, ſancti Aiberti monachi, qui accepta facultate à Paſchali Pontifice peccatorum confeſſiones audiendi, multorũ animas Deo lucratus, clarus poſtea miraculis obdormiuit in Domino.

8 Sexto Idus April. Luna. G xxj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9

COmmemoratio ſanctorum Herodionis, Rufi, Aſyncriti, & Phlegontis, quorum ſanctus Paulus meminit in epiſtola ad Romanos. In Africa, ſanctorum martyrum Ianuarij, Maximæ, & Macariæ. Carthagine, ſanctę Conceſſæ martyris. Alexandriæ, ſancti Edeſij martyris, qui cùm impium iudicem palam argueret, quòd Deo dicatas virgines lenonibus traderet, à militibus tentus, ſæuiſſimíſque affectus ſuppliciis, in mare demerſus eſt pro Chriſto Domino. In Africa, ſanctorum Martiniani, Saturiani, & aliorum duorum germanorum, qui in perſecu-

tione Vuandalica ob fidem catholicam sæpius cruciati, & semper ope diuina sanati, tandem dimissi in Domino quieuêre. Corinthi, S. Dionysij episcopi, qui sanctitate & doctrina clarus, non solùm suos, sed etiam exteros erudiuit, Romanosque Pontifices adeò coluit, vt eorum epistolas publicè legere in ecclesia diebus Dominicis consueuerit. Turonis, sancti Perpetui episcopi, admirandæ sanctitatis viri. Ferentini, sancti Redempti episcopi & confessoris, de quo sanctus Gregorius Papa scribit.

A
XI. Quinto Idus April. Luna. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
28	29	1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10			

ANtiochiæ, S. Prochori, qui fuit vnus de septẽ primis diaconis, & fide & miraculis clarus martyrio coronatus est. Romę, natalis SS. martyrũ Demetrij, Cõcessi, Hilarij, & sociorũ. Sirmij, passio sanctarum septem Virginum & martyrum, quæ dato simul pretio sanguinis, vitam mercatæ sunt æternã. Cæsareę in Cappadocia, S. Eupsychij martyris, qui ob euersum Fortunæ fanum sub Iuliano Apostata martyrium consummauit. In Africa, sanctorum martyrum

Massyli-

Maſſylitanorum, in quorum die natali ſanctus Auguſtinus tractatum habuit. Amidę in Meſopotamia, ſancti Acacij epiſcopi, qui pro redimendis captiuis, etiam eccleſiæ vaſa conflauit ac vendidit. Eadē die, ſancti Fructuoſi epiſcopi Bracarenſis. Rothomagi, Sancti Hugonis epiſcopi. In ciuitate Dienſi, ſancti Marcelli epiſcopi miraculis clari. Eadem die, S. Mariæ Cleophæ, ſororis ſanctiſſimę Dei genitricis Marię. Romę, tranſlatio corporis S. Monicæ matris S. Auguſtini, quod ex Oſtiis Tiberinis Martino quinto ſummo Pontifice in Vrbem delatum, in eccleſia S. Auguſtini honorificè conditum eſt.

10 Quarto Idus April. Luna. B xix.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28
t u A B C D E F F G H M N r
29 1 2 3 4 5 6 7 6 7 8 9 10 11

BAbylone, S. Ezechielis Prophetæ, qui à iudice populi Iſraël, quòd eum de cultu idolorum argueret, interfectus, ſepultus eſt in ſepulchro Sem & Arphaxad Abrahæ progenitorum, ad quod orationis cauſa multi confluere cōſueuerunt. Romæ, natalis plurimorum ſanctorum Martyrum, quos ſanctus Alexander Papa cum detineretur in carcere, baptizauit. hos autē om-

nes Aurelianus præfectus naui vetuſtæ impoſitos, in altum mare deduci, & illic ligatis ad colla lapidibus mergi præcepit. Alexandriæ, ſanctorum martyrũ Apollonij presbyteri, & aliorum quinque, qui in perſecutione Maximini in mare demerſi ſunt. In Africa, ſanctorum martyrum Terentij, Africani, Pompei, & ſociorum, qui ſub Decio Imperatore, & Fortuniano præfecto virgis cæſi, igne tergis aduſti, equuleis torti, vngulis lacerati, ac demũ capite obtruncati ſunt. In Perſia, ſanctorũ martyrum Acithalę & Iacobi pręſbyterorum, Azadanis & Abdieſi diaconorum, qui poſt longos carceres à Magis ſæuiſſimè cæſi ſunt. Eadẽ die, S. Macarij epiſcopi Antiocheni, ſanctitate & miraculis clari.

C
xviij. Tertio Idus Aprilis. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12

ROmæ, ſancti Leonis Papæ & confeſſoris, qui Xiſto tertio ſucceſſit, & virtutum excellens meritis, dictus eſt Magnus. Hic Concilium Chaledonenſe indixit, in quo Eutychen per legatos damnauit: cumque multa ſanxiſſet, & luculenter ſcripſiſſet, de ſancta Dei eccleſia, &

vniuerſo

vniuerſo grege Dominico vt paſtor bonus optime meritus, quieuit in pace. Pergami in Aſia, ſancti Antipæ teſtis fidelis, cuius meminit ſanctus Ioannes in Apocalypſi: is ſub Domitiano Imperatore, in bouem ęneum candentem iniectus martyrium conſummauit. Salonæ in Dalmatia, ſanctorũ martyrum Domnionis epiſcopi, & aliorum octo. In Cracouia, S. Staniſlai epiſcopi & martyris, qui à Boſeſlao tyranno necatus eſt. Cortinæ in Creta, ſancti Philippi epiſcopi, ſanctitate & doctrina conſpicui, qui tempore M. Antonini Veri, & L. Aurelij Commodi eccleſiam ſibi creditam regens, à furore gentilium, & hęreticorũ inſidiis eandem tutatus eſt. Nicomediæ, ſancti Euſtorgij presbyteri. Spoleti, S. Iſaac monachi & cõfeſſoris, cuius pręclaras virtutes & miracula, S. Gregorius Papa cõmemorat. Apud Gazã Palæſtinæ, S. Barſanuphij anachoritæ, qui ſub Iuſtiniano Imperatore ſanctitate floruit.

12 Pridie Idus Aprilis. Luna. D xvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
2	3	4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13			

VEronæ, S. Zenonis epiſcopi, qui inter procellas perſecutionis eam eccleſiam mira con-

conſtantia gubernauit, & Gallieni tẽpore martyrio coronatus eſt. In Cappadocia, ſancti Sabbę Gothi, qui ſub Valente Imperatore, dum Athanaricus Gothorũ rex Chriſtianos inſequeretur, poſt dira tormenta in flumen proiectus eſt: quo etiam tempore (vt ſanctus Auguſtinus ſcribit) quãplurimi orthodoxorũ Gothorum inſigniti ſunt corona martyrij. Bracari in Hiſpania, ſancti Victoris martyris. Firmi in Piceno, ſanctę Viſſię virginis & martyris. Romæ via Aurelia, natalis ſancti Iulij Papæ, qui poſt ſanctum Silueſtrum eccleſiã mira vigilantia gubernauit, & aduerſus Arianos pro fide catholica plurimũ laborauit, ac multis præclarè geſtis, ſanctitate celebris quieuit in pace. Apud Vapincum oppidum, ſancti Conſtantini epiſcopi. Papiæ, ſancti Damiani epiſcopi & confeſſoris.

E xvj. Idibus Aprilis. Luna. 13

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2

t u A B C D E F F G H M N P

3 4 5 6 7 8 9 10 9 10 11 12 13 14

ROmę, S. Iuſtini martyris, qui cũ omnium philoſophorũ hauſiſſet fluenta doctrinæ, adhuc ſitiens, Euãgelij fonte potatus, veritatem apud ſapientes ſæculi diutius perquiſitã, & non inuen-

inuentam, à piſcatorū diſcipulis ſe didiciſſe ga-
uiſus, eam aduerſus gentiles, Iudæos, & hæreti-
cos ſcriptis teſtatam, ac demum ſub M. Anto-
nino Vero, & L. Aurelio Commodo ſanguine
conſignatam reliquit. Pergami in Aſia, natalis
SS. martyrū Carpi epiſcopi Thyatirēſis, Papyli
diaconi, & Agathonicę ſororis eius, Agathodori
famuli, & aliorū, qui ſub iiſdem Imperatoribus
poſt multos ac varios cruciatus pro beatis con-
feſſionibus martyrio coronati ſunt. In Hiſpania,
ſancti Hermenigildi filij Leouigildi regis Vuiſi-
gothorum Ariani, qui ob fidei catholicæ cōfeſ-
ſionem in carcerem cōiectus, cum in feſtiuitate
Paſchali cōmunionem ab epiſcopo Ariano ac-
cipere noluiſſet, iuſſu perfidi patris ſecuri percuſ-
ſus, regnum cæleſte pro terreno rex & martyr
intrauit. Eadē die, paſſio SS. Maximi, Quincti-
liani, & Badæ, in perſecutione Diocletiani. Ra-
uennæ, ſancti Vrſi epiſcopi & confeſſoris.

14 Decimooctauo Kal. Maij. Luna. F xv.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
4	5	6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15			

ROmæ via Appia, ſanctorum martyrū Ti-
burtij, Valeriani, & Maximi ſub Alexan-

dro Imperatore, & Almachio pręfecto: quorum primi, S. Cæciliæ exhortatione ad Chriſtũ conuerſi, & à Papa Vrbano baptizati, ob fidei confeſſionem virgis cæſi, gladio percuſſi ſunt: Maximus autem Pręfecti cubicularius horum permotus conſtantia, & angelica viſione firmatus, in Chriſtum credens, tamdiu plumbatis verberatus eſt, donec ſpiritum exhalaret. Interamniæ, S. Proculi martyris. Item, ſanctę Domninæ virginis & martyris cũ ſociis virginibus coronatæ. Alexãdriæ, ſanctæ Thomaidis martyris. Eodem die, S. Ardalionis mimi, qui cum ſacris Chriſtianorum arte ſcenica in theatro illuderet, ea poſtmodum non ſolum verbis, ſed & teſtimonio ſanguinis comprobauit. Lugduni, ſancti Lamberti epiſcopi & confeſſoris. Alexandriæ, ſancti Frontonis abbatis, cuius vita ſanctitate & miraculis extitit glorioſa. Romæ, ſancti Abundij manſionarij eccleſiæ ſancti Petri.

G Decimoſeptimo Kal. Maij. Luna. 15

xviij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16

ROmæ, ſanctarum Baſiliſſæ & Anaſtaſiæ nobilium feminarum, quæ cum eſſent Apoſtolo-

Apoſtolorum diſcipulæ, fortes in confeſſione perſtantes, ſub Nerone Imperatore lingua pedibuſque præciſis, percuſſę gladio adeptę ſunt coronam martyrij. Eadem die, beatorum martyrũ Maronis, Eutychetis, & Victorini, qui primo cum beata Flauia Domitilla apud inſulã Pontiam in Chriſti confeſſione longũ ducentes exilium, poſtmodum ſub principe Nerua liberati, cum ad fidem plurimos conuertiſſent, in perſecutione Traiani à Valeriano iudice variis pœnis iuſſi ſunt interfici. Item, ſanctorum martyrum Maximi & Olympiadis, qui ſub Decio Imperatore fuſtibus & plumbatis cæſi, ad vltimũ capita eorum ſecuribus tunſa ſunt, donec emitterẽt ſpiritum. Ferentini, S. Eutychij martyris. Myris in Lycia, S. Creſcentis, qui per ignem martyrium conſummauit. Item, ſanctorum martyrum Theodori, & Pauſilippi, qui ſub Hadriano Imperatore paſſi ſunt.

16 Decimoſexto Kal. Maij. Luna. A xiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
6	7	8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17			

APud Corinthum, natalis ſanctorum martyrum Calliſti, Chariſij, & aliorũ ſeptem, qui

qui omnes in mare demerſi ſunt. Cæſarauguſtæ in Hiſpania, natalis ſanctorum decem & octo martyrum, Optati, Luperci, Succeſſi, Martialis, Vrbani, Iulij, Quinctiliani, Publii, Frontonis, Felicis, Cæciliani, Euentij, Primitiui, Apodemi, & aliorum quattuor, qui eodem nomine Saturnini vocati ſunt. hi omnes ſub Daciano Hiſpaniarum præſide pœnis affecti, atque interempti ſunt: quorum laudes Prudentius hymno ſacro præclarè cecinit. Item, ſanctorum Caij & Crementij, qui ſecundo confeſſi, peruenerunt ad palmam martyrij. Palentiæ in Hiſpania, ſancti Turibij epiſcopi Aſturicẽſis, qui ope ſancti Leonis Papæ hæreſim Priſcilliani iterũ debacchantem penitus profligauit, claruſq́; miraculis quieuit in pace. Eadem die, S. Paterni epiſcopi Abricenſis. In Belgis apud Valencenas, S. Drogonis confeſſoris miraculis clari.

B xij. Decimoquinto Kal. Maij. Luna. 17

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
7	8	9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18			

ROmæ, S. Aniceti Papæ & martyris, qui Pio ſucceſſit, cumq́ue aduerſus hæreticos plurimũ decertaſſet, in perſecutione M. Aurelij Anto-

Antonini, & Lucij Veri, martyrij coronam accepit. In Africa, natalis S. Mappalici martyris, qui vt beatus Cyprianus ſcribit, cum aliis pluribus martyrio coronatus eſt. Ibidem, SS. martyrum Fortunati, & Marciani. Antiochiæ, ſanctorum martyrum Petri diaconi, & Hermogenis eius miniſtri. Cordubæ, ſanctorum martyrum Eliæ presbyteri, Pauli, & Iſidori monachorũ. Viẽnæ, S. Pantagathi epiſcopi. Dertonæ, S. Innocentij epiſcopi & confeſſoris. Ciſtertij in Gallia, ſancti Stephani abbatis, qui primus eremũ Ciſtertienſem incoluit, & ſanctũ Bernardum cum ſociis ad ſe venientes lætus excepit, quorum fœtu monaſticam obſeruantiam reſtitutam in poſteros feliciter propagauit.

18 Decimoquarto Kal. Maij. Luna. C xi.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

Romæ, beati Apollonij ſenatoris, qui ſub Cõmodo principe, & Perennio præfecto, à ſeruo proditus quòd Chriſtianus eſſet, iuſſus vt rationẽ fidei ſuæ redderet, inſigne volumen cõpoſuit, quod in Senatu legit, & nihilominus ſentẽtia Senatus pro Chriſto capite trũcatus eſt.

Meſſanæ

Meſſanæ, natalis S. Eleutherij epiſcopi Illyrici, & Anthię matris eius, qui cum eſſet vitę ſanctimonia, & miraculorũ virtute illuſtris, ſub Hadriano principe lectum ferreum ignitũ, craticulam, ſartaginẽ oleo, pice, ac reſina feruentẽ ſuperans, leonibus quoque proiectus, ſed ab illis nihil læſus, nouiſſimè vna cum matre iugulatur. Ibidẽ, S. Corebi præfecti, qui per Eleutherium cõuerſus ad fidem, gladio percuſſus eſt. Cæſarauguſtæ in Hiſpania, S. Eucratidis virginis & martyris, quæ poſt varios cruciatus, & abſciſſionẽ mammillæ in carcere incluſa eſt, donec vlceratũ corpus putreſceret. Cordubæ, S. Perfecti presbyteri & martyris, à Mauris quòd in Mahometis ſectá inueheretur, perẽpti. Mediolani, S. Galdini epiſcopi, qui cõcione aduerſus Catharos hæreticos expleta, ſpiritum Deo reddidit. Laubiis, ſancti Vrſmari epiſcopi & confeſſoris.

D
2. Dęcimotertio Kal. Maij. Luna. 19

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8
t u A B C D E F F G H M N P
9 10 11 12 13 14 15 16 15 16 17 18 19 20

COrinthi, natalis S. Timonis diaconi de ſeptem primis, qui primo apud Beroeam doctor reſedit, ac deinde verbũ Domini diſſe-

minans

minans venit Corinthum,ibiq; à Iudęis & Græcis,vt traditur,primo flammis iniectus, ſed nihil læſus,deinde cruci affixus martyrium ſuum impleuit. Melitine in Armenia,SS.martyrum Hermogenis,Caij,Expediti,Ariſtonici,Rufi, & Galatæ vna die coronatorum. Pergæ Pamphyliæ, S.Theodori, & Philippæ matris eius, qui ligno cõfixus triduo pendens, ſpiritum Deo reddidit, mater verò gladio percuſſa martyrium cõſummauit. Item,SS.Socratis & Dionyſij,qui lanceis confoſſi ſunt. Hieroſolymis, S.Paphnutij martyris. Antiochiæ Piſidiæ,ſancti Georgij epiſcopi, qui ob cultum ſanctarum imaginum exul occubuit. Cantuariæ, ſancti Elphegi epiſcopi & martyris, qui viuens, & poſt obitum miraculis claruit. Romæ, ſancti Leonis Papæ noni, qui Damaſo ſecundo ſuccedens, ſanctitate & miraculis claruit.

20 Duodecimo Kal. Maij. Luna. E ix

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
10	11	12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21			

ROmæ, ſanctorum martyrum Sulpicij & Seruiliani, qui prædicatione & miraculis beatæ Domitillæ virginis ad Chriſti fidem conuerſi,

uersi, cũ nollẽt idolis immolare, à præfecto Vrbis Aniano capite cæsi sunt. Eodẽ die, SS. martyrum Victoris, Zotici, Zenonis, Acindini, Cæsarij, Seueriani, Chrysophori, Theonæ, & Antonini, qui sub Diocletiano variè tentati martyrium compleuerũt. Tomis in Scythia, S. Theotimi episcopi, quem ob insignẽ eius sanctitatem atque miracula, etiam infideles barbari venerati sunt. Ebreduni in Galliis, S. Marcelli primi eiusdem vrbis episcopi, qui Dei monitu cũ sanctis sociis Vincentio & Domnino ex Africa veniẽs, maximam partem Alpium maritimarũ verbo & signis admirãdis, quibus vsq; hodie refulget, ad fidẽ Christi cõuertit. Antisiodori, S. Marciani presbyteri. Eadem die, S. Theodori confessoris, ab aspera cilicij veste qua tegebatur, cognomẽto Trichinas, qui multis virtutibus, præsertim aduersus dæmones, claruit: ex cuius corpore vnguentũ scaturiens, ægrotis sanitatem confert.

F viij. Vndecimo Kal. Maij. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22

IN Perside, natalis S. Simeonis episcopi Seleuciæ & Ctesiphontis, qui iubente Sapore rege Persarum

Persarum comprehensus, ferroq; onustus, cum iniquis tribunalibus exhibitus, de Iesu Christo voce libera & constantissima testaretur, solem ipsum renuens adorare, primum carcerali ergastulo cum aliis centum (ex quibus alij episcopi, alij erant presbyteri, alij diuersorum ordinum clerici) longo tēpore maceratus est: deinde cum Vstazanes Regis nutricius, qui ante iam lapsus à fide, sed per Symeonem ad pænitentiam reuocatus, martyrium constanter subiisset, postridie, qui erat annuus Dominicę passionis dies, omnibus ante Symeonis oculos, qui vnumquemque eorū strenuè exhortabatur, gladio iugulatis, nouissimè & ipse decollatus est. Passi sunt etiā cū eo clarissimi viri Abedechala & Ananias eius presbyteri. Pusicius quoq; præfectus Regis artificū, eo quòd Ananiā titubantē corroborasset, collo circa tendinē perforato, & lingua exinde extracta, crudeli morte occubuit: post quem & filia eius, quę erat sacra virgo, necata est. Alexandrię, sanctorum martyrum Aratoris præsbyteri, Fortunati, Felicis, Siluij, & Vitalis, qui omnes in carcere quieuerunt. Item, sanctorū Appollo, Isacij, & Crotatis, qui sub Diocletiano passi sunt. Cantuariæ in Anglia, S. Anselmi episcopi & cōfessoris, sanctitate & doctrina conspicui. Antiochiæ, sancti Anastasij Sinaitæ episcopi.

G vij. Decimo Kal. Maij. Luna. 1

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

t u A B C D E F F G H M N P

12 13 14 15 16 17 18 19 18 19 20 21 22 23

ROmę via Appia, S. Sotheris Papę & martyris, qui ſancto Aniceto ſuccedens, Eccleſiã Dei, perſecutione cõcuſſam, fuſo ſanguine roborauit. Ibidem, ſancti Caij Papæ, qui poſt ſanctum Eutychianum ſedit, & in perſecutione Diocletiani martyrio coronatus eſt. In Perſide, SS. plurimorũ Martyrũ, qui ſequenti anno poſt obitum Symeonis, annua item die Dominicæ paſſionis per totã Perſidis regionem pro Chriſti nomine ſub rege Sapore gladio cęſi ſunt. In quo fidei certamine paſſus eſt Milles epiſcopus, ſanctitate & miraculorũ gloria inſignis: Acepſimas epiſcopus cũ presbytero ſuo Iacobo, & compluribus aliis clericis: Mareas quoque & Bicor epiſcopi cum aliis viginti epiſcopis, & clericis ferè ducentis quinquaginta, monachis etiã, & ſacris virginibus plurimis, inter quas & S. Simeonis epiſcopi ſoror nomine Tarbula, cum pediſſequa ſua, quæ ſtipitibus alligatæ, ſerraque ſciſſæ, crudeliſſimè necatæ ſunt. Eadem die, paſſio ſanctorum Parmenij, Elimenei & Chryſoteli presbyterorum,

terorum, Lucæ & Mutij diaconorum. Item, natalis ſancti Leonidis martyris, qui ſub Seuero paſſus eſt. Smyrnæ, ſanctorum Apellis & Lucij ex primis diſcipulis. Lugduni, S. Epipodij, qui in perſecutione Antonini Veri, cum Alexandro cariſſimo collega tentus, poſt dira torměta martyrium capitis abſciſſione compleuit. Apud Senonas, S. Leonis epiſcopi. In Hiſpania, ſancti Prudentij epiſcopi. Anaſtaſiopoli, ſancti Theodori epiſcopi miraculis clari.

23 Nono Kalendas Maij. Luna. A vj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

NAtalis S. Georgij, cuius illuſtre martyrium inter coronas martyrum Eccleſia Dei reuerenter honorat. Valentiæ in Gallia, natalis ſanctorum martyrũ Felicis presbyteri, Fortunati, & Achillei diaconorum, qui cum maximam partem illius ciuitatis ad fidě Chriſti conuertiſſent, à Cornelio duce in carcerě truſi ſunt, deinde diutiſſimè verberati, cruribuſque confractis, circa rotarum vertiginem ſtricti, fumum quoq; in equulei ſuſpenſione perpeſſi, ad extremum gladio conſummati ſunt. In Pruſia, nata-

lis sancti Adalberti Pragensis episcopi & martyris, qui Polonis & Vngaris Euangelium prædicauit. Tulli in Gallia, sancti Gerardi eiusdem ciuitatis episcopi.

B
v. Octauo Kal. Maij. Luna. 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25

ROmæ, S. Sabbæ ductoris militũ, qui cum detentos in carcere pro Christi fide visitaret, ad iudicem delatus, Christianũ se esse liberè professus est: quare suspensus, facibus adustus, & in lebetem pice feruentem iniectus, cum euasisset illæsus, eo miraculo septuaginta viros ad fidem Christi conuertit: postremo demersus in flumen martyriũ consummauit. Lugduni, natalis sanctorũ Alexandri & Attali, qui in persecutione Antonini Veri post carceris custodiam primo bestiis simul obiecti sunt, deinde Alexander ita laniatus est crudelitate verberãtium, vt crate soluta costarum, patefactis visceribus interiora corporis panderentur: Attalus verò cathedra ferrea candenti impositus est: sicque ambo maximũ certamen perpessi, ad extremum gladio feriuntur. Passi sunt cũ eis & alij plurimi,

quorum

quorum natalitia aliis diebus celebrantur. Item, SS. martyrũ Pasicratis & Valentionis. Eadẽ die, SS. martyrũ Eusebij, Neonis, Leontij, Lõgini, & aliorũ quattuor, qui in persecutione Diocletiani post diros cruciatus gladio percussi sunt. In Anglia, depositio S. Melliti episcopi, qui à sancto Gregorio in Angliam missus, orientales Saxones, & Regẽ ipsorum ad fidem conuertit. Illiberi in Hispania, sancti Gregorij episcopi & confessoris. In Hibernia, sancti Egberti presbyteri & confessoris, admirandæ humilitatis & continentiæ viri. Rhemis, sanctarũ virginum Bonæ & Dodæ. Eodem die, sanctorum Sidrac, Misac, & Abdenago.

25 Septimo Kalendas Maij. Luna. C iiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
15	16	17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26			

ALexandriæ, natalis sancti Marci Euangelistæ. Hic discipulus & interpres Apostoli Petri, rogatus Romæ à fratribus scripsit Euãgelium, quo assumpto, perrexit in Ægyptum, primusque Alexandriæ Christum annuntians, ecclesiam beati Petri nomine constituit: atque ibi postea pro fide Christi tentus, funibus vinctus,

 & per

& per ſaxa raptatus, grauiter afflictus eſt: demũ recluſus in carcere, primo angelica viſitatione confortatus, deinde ipſo Domino ſibi apparente, ad cæleſtia regna vocatus eſt octauo Neronis anno. Qua etiam die Romæ Litaniæ maiores ad ſanctum Petrum celebrantur ex inſtitutione ſancti Gregorij Papæ. Syracuſis, ſanctorũ martyrũ Euodij, Hermogenis, & Calliſti. Antiochię, S. Stephani epiſcopi & martyris, qui ab hęreticis impugnantibus Synodum Chalcedonenſem, ſæuiſſima paſſus, in Orontem fluuium præcipitatus, martyrij coronam adeptus eſt tempore Zenonis Imperatoris. Ibidem, ſanctorũ Philonis & Agathopolis diaconorum. Laubiis, natalis ſancti Ermini epiſcopi & confeſſoris.

D iij. Sexto Kal. Maij. Luna. 26

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 22 23 24 25 26 27

ROmæ, natalis S. Cleti Papæ, qui ſecundus poſt Apoſtolum Petrum cum rexiſſet Eccleſiam, poſt imměſos ac diuturnos labores ſub Domitiano Imperatore martyrio coronatus eſt. Ibidem, S. Marcellini Papæ, qui ſancto Caio ſuffectus, in perſecutione Diocletiani pro fide Chriſti

Chriſti vna cum Claudio, Cyrino, & Antonino capite truncatus eſt: quo tempore magna fuit perſecutio, ita vt intra menſem, decē & ſeptem millia Chriſtianorum martyrio coronarentur. Amaſeæ in Ponto, S. Baſilei epiſcopi & martyris, qui ſub Licinio Imperatore illuſtre martyrium conſummauit. In monaſterio Centula, ſancti Richarij presbyteri & cōfeſſoris. Trecis, ſanctæ Exuperantiæ virginis.

7 Quinto Kal. Maij. Luna. E ij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

NIcomediæ, natalis S. Anthimi epiſcopi & martyris, qui in perſecutione Diocletiani ob confeſſionem Chriſti martyrij gloriam capitis obtrūcatione ſuſcepit. Sequuta eſt quoque illum vniuerſa pene gregis ſui multitudo, quorū alios iudex gladio obtruncari, alios ignibus cōflagrari, alios nauiculis impoſitos pelago immergi fecit. Tarſi in Cilicia, ſanctorum Caſtoris & Stephani martyrum. Conſtantinopoli, ſancti Ioannis abbatis, qui pro cultu ſacrarum imaginū ſub Leone Iſaurico verberibus acriter percuſſus, deinde exilium duriſſimum, & carce-

rem teterrimũ passus migrauit in cælũ. Romæ, depositio beati Anastasij Papæ, qui successit Siricio, vir (vt ait sanctus Hieronymus) ditissimæ paupertatis, & Apostolicæ solicitudinis: quem diu Roma habere non meruit, ne orbis caput sub tali episcopo truncaretur, immo idcirco raptus atque translatus est, ne semel latam sententiam precibus suis flectere conaretur. Bononiæ, sancti Tertulliani episcopi & confessoris.

F j. Quarto Kal. Maij. Luna. 28

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
18	19	20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29			

RAuennæ, natalis S. Vitalis martyris, patris sanctorum Geruasij & Protasij, qui cum corpus beati Vrsicini sublatũ honestate debita sepelisset, tentus à Paulino cõsulari, post equulei tormẽta iussus est deponi in profundã foueam, & terra ac lapidibus obrui, talique martyrio migrauit ad Christum. Mediolani, sanctæ Valeriæ martyris, coniugis sancti Vitalis. Alexandriæ, S. Theodoræ virginis, quę idolis sacrificare contemnens, cũ esset in lupanar tradita, repente quidam ex fratribus nomine Didymus miro Dei fauore cõmutatis vestibus illã eripuit, ac postea

simul

ſimul cũ eadem percuſſus, ſimul coronatus eſt. Eodem die, ſanctorum Aphrodiſij, Carilippi, Agapij, & Euſebij martyrũ. In Pannonia, S. Pollionis martyris ſub Diocletiano Imperatore. Atinæ, S. Marci, qui à ſancto Petro eruditus, & ordinatus epiſcopus, Aequicolis primus Euangilium prædicauit, & in perſecutione Domitiani ſub Maximo præſide martyrio coronatus eſt. In Ægypto, ſanctorum martyrum Paphnutij, & quingentorũ quadraginta ſex ſociorũ tempore Diocletiani. Pruſæ in Bithynia, ſanctorum martyrum Patricij epiſcopi, Acacij, Menandri, & Polyeni. Corfinij in Pelignis, ſancti Pamphili Valuenſis epiſcopi, charitate in pauperes, & gratia miraculorum illuſtris.

9 Tertio Kal. Maij. Luna. G *

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

APud Paphum in Cypro, S. Tychici diſcipuli beati Pauli Apoſtoli, quẽ idem Apoſtolus in ſuis epiſtolis chariſſimũ fratrem, miniſtrum fidelem, & conſeruũ ſuum in Domino appellat. Cirthæ in Numidia, natalis SS. martyrum Agapij & Secundini epiſcoporum, qui poſt

longũ apud eam vrbem exiliũ, in persecutione Valeriani,in qua tunc maximè gentilium rabies ad tentandã iustorũ fidem inhiabat, ex illustri sacerdotio effecti sunt martyres gloriosi. Passi sunt in eorũ collegio Aemilianus miles, Tertulla & Antonia sacræ virgines,& quædam mulier cum suis geminis. Mediolani, S.Petri martyris ordinis Prædicatorũ,ab hęreticis ob fidẽ catholicam interempti. Eadẽ die, SS.septẽ Latronum, qui à sancto Iasone ad Christũ cõuersi,per martyriũ,violenti cælũ rapuerunt. Neapoli in campania,S.Seueri episcopi,qui inter alia admiranda,mortuum de sepulchro excitauit ad tempus, vsquedũ mendacem creditorẽ viduę & pupillorum falsitatis argueret. In cœnobio Cluniacẽsi, S.Hugonis abbatis. In monasterio Molismensi, sancti Roberti primi abbatis Cistertij. Romæ, sanctę Catherinę virginis Senensis,ordinis sancti Dominici,vita & miraculis claræ.

A xxix. Pridie Kalendas Maij. Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
20	21	22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2			

LAmbese in Numidia, natalis sanctorum martyrum Mariani lectoris, & Iacobi diaconi,

coni, quorũ prior, cum iam pridem infestationes Decianę persecutionis in cõfessione Christi vicisset, iterũ cum clarissimo collega tentus est, & ambo mirabiliter post dira & exquisita supplicia diuinis reuelationibus secundo cõfortati, nouissimè cum multis aliis gladio consummati sunt. Apud Santonas, S.Eutropij episcopi & martyris, quem sanctus Clemens pontificalis ordinis gratia consecratum direxit in Galliam, peractaque diu prædicatione, ob Christi testimonium colliso capite victor occubuit. Nouariæ, S.Laurentij presbyteri, & puerorum martyrũ, quos ille in Domino educabat, è quorum sepulchro lapideo liquor iugiter manans, præstat beneficia sanitatum. Alexandriæ, natalis SS.martyrũ Aphrodisij presbyteri, & aliorum triginta. Ephesi, sancti Maximi, qui in persecutione Decij coronatus est. Firmi in Piceno, sanctæ Sophiæ virginis & martyris. Londonij in Anglia, sancti Erconualdi episcopi & confessoris, qui multis miraculis claruit.

Kalendis

B
xxviij.

Kalendis Maij. Luna. 1

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3



NATALIS beatorũ Apoſtolorum Philippi & Iacobi: ex quibus Philippus poſtquam omnẽ penè Scythiam ad fidẽ Chriſti conuertiſſet, apud Hierapolim Aſiæ ciuitatẽ cruci affixus,& lapidibus obrutus, glorioſo fine quieuit: Iacobus vero,qui & frater Domini legitur,& Hieroſolymorum epiſcopus,è pinna templi pręcipitatus, confractis cruribus, ac fullonis fuſte in cerebro percuſſus interiit, ibiq; non longe à tẽplo ſepultus eſt. In Ægypto, ſancti Hieremiæ prophetæ, qui à populo lapidibus obrutus, apud Taphnas occubuit, ibiq; ſepultus eſt: vbi fideles (inquit ſanctus Epiphanius) ſupplicare conſueuerunt, indeque ſumpto puluere, medentur aſpidum morſibus.In Gallia in territorio Viuarienſi, beati Andeoli ſubdiaconi, quem ſanctus Polycarpus vna cũ aliis ab Oriente miſit in Galliam ad prædicandum Euangelium.hic ſub Seuero Imperatore ſpinoſis fuſtibus cæſus, demũ enſe ligneo capite in quattuor partes in modum

crucis

crucis conſciſſo, martyrium conſummauit. Eodem die, paſſio ſancti Sigiſmundi regis Burgundionum, qui in puteum demerſus occubuit, ac poſtea miraculis claruit. Auſcij, ſancti Orientij epiſcopi. Antiſiodori, ſancti Amatoris epiſcopi. Bergomi, ſanctæ Gratæ virginis. Ceſtriæ in Anglia, ſanctæ Vualburgæ virginis.

2 Sexto Nonas Maij. Luna. C xxvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
22	23	24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4			

ALexandriæ, natalis ſancti Athanaſij eiuſdem vrbis epiſcopi, ſanctitate & doctrina clariſſimi, qui catholicã fidem à tempore Conſtantini vſque ad Valentem, aduerſus Imperatores, pręſides, & innumeros epiſcopos Arianos ſtrenuè propugnauit, immenſiſque exhauſtis laboribus, quadrageſimo ſexto ſui ſacerdotij anno migrauit ad Dominum. Romæ, ſanctorũ martyrũ Saturnini, Neapoli, Germani, & Cæleſtini, qui multa paſſi, in carcerem demũ coniecti, ibi in Domino quieuerunt. Item, ſanctorum martyrum Exuperij, & Zoes vxoris eius, Cyriaci & Theoduli filiorũ, qui ſub Hadriano Imperatore paſſi ſunt. Hiſpali, ſancti Felicis diaconi & martyris.

tyris. In Corſica, ſanctorum Florentij & Vindemialis, qui à Vuandalis illuc exules miſſi, miraculis clari obdormierunt in Domino. Florentiæ, ſancti Antonini epiſcopi ordinis Prædicatorum, doctrina, ſanctitate, ac virtute miraculorum conſpicui.

D
xvj. Quinto Nonas Maij. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
23	24	25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5			

HIeroſolymis, inuentio ſanctæ Crucis, ab Helena Conſtantini Imperatoris matre. Romæ via Numentana, paſſio ſanctorũ martyrum Alexandri Papæ, qui S. Euariſto ſucceſſit, Euentij & Theoduli presbyterorum: ex quibus Alexander poſt vincula, carceres, equuleum, vngulas, & ignes, punctis creberrimis per tota membra confoſſus, peremptus eſt: Euentius & Theodulus poſt longos carceres ignibus examinati, ad vltimũ decollati ſunt. Narniç, S. Iuuenalis epiſcopi & confeſſoris. Eodẽ die, ſanctorum martyrũ Alexãdri militis, & Antoninæ virginis, quæ cum ad proſtibulũ data, & ab Alexandro, quem illa ad fidem conuerterat, ſeruata fuiſſet, ambo ſimul pręciſis manib⁹ in ignẽ pro Chriſto iniecti

iniecti ſunt. In Thebaide, ſanctorũ martyrum Timothei, & Mauræ coniugis, quos Arianus præfectus poſt multa torméta cruci iuſſit affigi, vbi per nouem dies appenſi, ſeq́ue ipſos in fide roborantes martyriũ conſummauerũt. Aphrodiſiæ in Caria, ſanctorum martyrum Diodori & Rodopiani, qui in perſecutione Diocletiani à ciuibus ſuis multa paſſi, demum lapidati ſunt.

4 Quarto Nonas Maij. Luna. E xxv.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	25
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
24	25	26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6				

APud Oſtia Tiberina, natalis ſanctæ Monicæ matris ſancti Auguſtini, cuius ille præclaram vitam in libro nono Confeſſionum teſtatam reliquit. In metallo Phennenſi Palæſtinæ, natalis ſancti Siluani Gazæ epiſcopi, qui in perſecutione Diocletiani ſub Maximino Cęſare cum plurimis ſuis clericis martyrio coronatus eſt. Ibidé, ſanctorũ quadraginta Martyrum, qui ibi ad metalla damnati, poſt ferri candentis aduſtionem, & alia tormenta, ſimul capite cæſi ſunt. Hieroſolymis, S. Cyriaci epiſc. qui cũ loca ſancta viſeret, ſub Iuliano Apoſtata cęſus eſt. In Piceno, S. Porphyrij martyris. Nicomedię, natalis

lis sanctę Antoniæ martyris, quę nimiū torta, & variis afflicta cruciatibus, altero brachio tribus diebus suspensa, & à Priscilliano præside in carcere biennio detenta, ad vltimum in cōfessione Domini flammis exusta est. Lauriaci in Norico Ripensi, S. Floriani martyris, qui sub Diocletiano Imperatore Aquilini præsidis iussu ligato ad collum saxo in flumen Anisum præcipitatus est. Tarsi, sanctæ Pelagiæ virginis, quæ sub Diocletiano in bouem æneū candentem inclusa, martyrio coronata est. Mediolani, S. Venerij episcopi & confessoris. Antisiodori, sancti Curcodomi diaconi.

F xxiiij. Tertio Nonas Maij. Luna. 5

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

ALexādriæ, S. Euthymij diaconi, ob Christum in carcere quiescētis. Thessalonicæ, natalis sanctorum martyrū Irenei, Peregrini, & Irenes, ignibus combustorū. Antisiodori, passio S. Iouiniani lectoris. In Sicilia, S. Angeli presbyteri, qui ab hæreticis ob defensionem catholicæ fidei trucidatus est. Hierosolymis, S. Maximi episcopi & confessoris, quem Maximinus Cæsar post

poſt effoſſum oculum, pedemque ignito ferro aduſtum, ad metalla damnauit. Edeſſæ in Syria, ſancti Eulogij epiſcopi & confeſſoris. Arelati in Gallia, ſancti Hilarij epiſcopi, doctrina & ſanctitate cōſpicui. Viennæ, ſancti Nicetij epiſcopi & confeſſoris. Bononiæ, ſancti Theodori epiſcopi meritis clari. Euoreæ in Epiro, ſancti Donati epiſcopi, qui Theodoſij tempore, ſanctitate & miraculis claruit. Mediolani, conuerſio ſancti Auguſtini epiſcopi, & Eccleſiæ doctoris, ab Ambroſio epiſcopo baptizati.

6 Pridie Nonas Maij. Luna. G xxiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
26	27	28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8			

ROmæ, S. Ioannis ante portam Latinam, quando ab Epheſo iuſſu Domitiani vinctus, Romam perductus, iudicante Senatu ante eandem portam in olei feruentis doliū miſſus, purior & vegetior inde exiit, quam intrauit. Antiochię, S. Euodij, qui vt ſanctus Ignatius ad Antiochenſes ſcribit, primus ibidem, à beato Apoſtolo Petro ordinatus epiſcopus, glorioſo martyrio vitam finiuit. In Africa, SS. martyrum Heliodori & Venuſti, cū aliis ſeptuaginta quinque.

Cyrene, S.Lucij epiſcopi, quē in Actibus Apoſtolorum, ſanctus Lucas cōmemorat. In Cypro, ſancti Theodoti epiſcopi Cyreniæ, qui ſub Licinio Imperatore grauiſſima paſſus, in pace tandem Eccleſiæ ſpiritum Deo reddidit. Carrhis in Meſopotamia, S.Protogenis epiſcopi & confeſſoris. In Anglia, ſancti Eadberti epiſcopi Lindiſfarnenſis, doctrina & pietate inſignis. Romæ, ſanctæ Benedictæ virginis. Salerni, tranſlatio ſancti Matthæi Apoſtoli, cuius ſacrū corpus ex Aethiopia poſt longū itineris circuitum ad eam vrbē delatū, ſub altare maioris eccleſiæ in ipſius honorē extructę ſumma veneratione cōditū eſt, tempore Gregorij ſeptimi Pontificis maximi.

A xxij. Nonis Maij. Luna. 7

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
t u A B C D E F F G H M N P
27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

TArracinæ in Campania, natalis B.Flauiæ Domitillæ virginis & martyris, quæ cum eſſet Flauij Clementis conſulis ſororis filia, & à S.Clemente ſacro velamine conſecrata, in perſecutione Domitiani ob teſtimoniū Chriſti cum aliis plurimis in inſulam Pontiam exilio deportata, longum ibi martyrium duxit: nouiſſimè

vero

verò Tarracinam deducta, cùm doctrina & miraculis plurimos ad Chriſti fidem conuertiſſet, iuſſu iudicis incẽſo cubiculo, in quo ſimul cum ſuis virginibus Euphroſyna & Theodora morabatur, curſum glorioſi martyrij cõſummauit. Eodem die, S. Iuuenalis martyris. Nicomediæ, SS. Martyrum Flauij, Auguſti, & Auguſtini fratrum. Ibidem, S. Quadrati martyris, qui ſæpius ad tormenta repetitus, demum capite truncatus eſt. Romæ, ſancti Benedicti Papæ, qui ſancto Leoni ſecundo ſuccedens, ſanctis operibus claruit. Eboraci in Anglia, ſancti Ioannis epiſcopi, vita & miraculis clari. Romæ, tranſlatio corporis S. Stephani protomartyris, quod Pelagio ſummo Pontifice ex vrbe Conſtantinopolitana ad baſilicam ſancti Laurentij extra muros delatum, in eius ſepulchro reconditum eſt: vbi magna piorum religione veneratur.

8 Octauo Idus Maij. Luna. B xxj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
28	29	30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10			

IN monte Gargano, Apparitio S. Michaelis archangeli. Mediolani, natalis S. Victoris martyris, qui natione Maurus, & à prima ætate

Chriſtianus, cùm eſſet in caſtris imperialibus miles, compellente Maximiano vt idolis ſacrificaret, in confeſſione Domini fortiſſimè perſeuerâs, primo grauiter fuſtibus cæſus, ſed Deo protegente doloris expers, deinde liquenti plumbo perfuſus, ſed nihil penitus læſus, nouiſſimè glorioſi martyrij curſum capitis abſciſſione cõpleuit. Conſtantinopoli, ſancti Acacij centurionis, qui in perſecutione Diocletiani à Firmo tribuno delatus quòd Chriſtianus eſſet, & à Bibiano iudice Perinthi ſæuiſſimè tortus, Byzantij demũ à Flaccino proconſule capitis damnatus eſt, cuius corpus ad Scyllacium litus diuinitus poſtea delatum, ibi honorificè aſſeruatur. Antiſiodori, ſancti Helladij epiſcopi. In territorio Biſuntino, ſancti Petri epiſcopi & confeſſoris. Eodem die, ſancti Vuironis epiſcopi, ad cuius pedes Pipinus inſignis dux diſcalceatus peccatorum cõfeſſionem facere conſueuerat.

C Septimo Idus Maij. Luna.
xx. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
29	30	1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11			

NAzianzi, ſancti Gregorij epiſcopi, ob ſingularem diuinarũ rerũ doctrinã cognomento

mento Theologi, qui collapſam Cōſtantinopoli catholicam fidem reſtituit, hæreſesq; inſurgentes compreſſit. In Perſide, natalis ſanctorū Martyrū trecentorū & decem. Romę, ſancti Hermes, cuius Apoſtolus Paulus in epiſtola ad Romanos meminit. hic dignè ſemetipſum ſacrificans, acceptabilis Deo hoſtia factus, cęleſtia regna petiuit. In caſtro Vindecino, depoſitio S. Beati confeſſoris. Conſtantinopoli, tranſlatio ſanctorum Andreę Apoſtoli, & Lucę Euāgeliſtę de Achaia, & Timothei diſcipuli B. Pauli Apoſtoli ab Epheſo: longo vero poſt tempore, ſancti Andreæ corpus Amalphim delatum, ibi pio fidelium concurſu veneratur: ex cuius ſepulchro liquor ad languores curādos iugiter manat. Itē Romę, tranſlatio ſancti Hieronymi presbyteri & Eccleſiæ doctoris, ex Bethleem ad baſilicam ſanctæ Mariæ ad Præſepe. Barij quoq; in Apulia, tranſlatio S. Nicolai epiſc. ex Myrea ciuitate Lycię.

10 Sexto Idus Maij. Luna. D xix.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

ROmæ via Latina, natalis SS. mart. Gordiani & Epimachi, quorū prior pro con-

fessione nominis Christi tempore Iuliani Apostatæ diu plumbatis cæsus,& ad vltimum capite truncatus, noctu à Christianis sepultus fuit eadem via in crypta, in quá reliquiæ B.Epimachi ex Alexãdria,vbi is martyr occubuit,paulo ante fuerant translatæ.In terra Hus,S.Iob prophetæ, admirandæ patientiæ viri. Romæ, S.Calepodij presbyteri, quem Alexãder Imperator fecit occidi gladio, & corpus eius per ciuitatem trahi, atque in Tiberim iactari: quod inuentũ Callistus Papa sepeliuit. Decollatus est etiam sub eodem Imperatore Palmatius cõsul cum vxore & filiis, & aliis promiscui sexus quadraginta duobus de domo sua:Simplicius quoq; senator, cum vxore itidem, & sexaginta octo de familia sua: item & Felix cum vxore sua Blanda, qui à Callisto Papa, & Calepodio presbytero paulo ante fuerant baptizati: quorum capita suspensa sunt per diuersas portas Vrbis ad exẽplũ Christianorũ. Itẽ Romę via Latina ad aulas centum, natalis SS.mart. Quarti & Quincti. Panormi in Sicilia,sanctæ Christinæ virginis & martyris. Mesopoli in Sicilia, sanctorũ martyrum Alphij, Philadelphi, & Cyrini. Traianopoli, sanctæ Glyceriæ martyris Romanæ, feminæ cõsularis, cuius corpus Heracleã traslatũ, iugiter vnguentum scaturit. Ibidem, sancti Mochij martyris sub

sub

ſub Diocletiano Imperatore, & Laodicio proconſule. Tarenti, ſancti Cataldi epiſcopi & confeſſoris, ſanctitate & miraculis clari.

11 Quinto Idus Maij. Luna. E xviij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
1	2	3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13			

ROmę via Salaria, natalis B. Anthimi preſbyteri, qui poſt virtutũ & prædicationis inſignia, in perſecutione Diocletiani in Tiberim præcipitatus, & ab angelo ereptus, oratorio reſtitutus eſt proprio, deinde capite punitus, victor migrauit ad cælos. Eodẽ die, ſancti Euellij martyris, qui cum eſſet de familia Neronis, ad paſſionem ſancti Torpetis Chriſto credidit, & pro eo decollatus eſt. Item Romæ, ſanctorum martyrum Maximi, Baſſi, & Fabij, qui ſub Diocletiano via Salaria cęſi ſunt. Auximi in Piceno, ſanctorũ martyrum Siſinnij diaconi, Diocletij & Florentij diſcipulorũ ſancti Anthimi presbyteri, qui ſub Diocletiano lapidibus obruti ſunt. Camerini, ſanctorũ martyrũ Anaſtaſij, Porphyrij, & ſociorum, qui in perſecutione Decij ſub Antiocho præſide cæſi ſunt. Varennis, ſancti Gandulphi martyris. Viennæ, ſancti Mamerti

 epiſcopi,

episcopi, qui ob imminentem Viennensi vrbi cladem, solemnes ante Ascensioné Domini Litanias in ea instituit, quem morem vniuersa postea Ecclesia sequuta est. Apud Siluiniacum, depositio S. Maioli abbatis Cluniacensis, cuius vita pręclara sanctis meritis fuit. In Piceno, S. Illuminati confessoris.

F
xvij.

Quarto Idus Maij. Luna. 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
2	3	4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14			

ROmę via Ardeatina, SS. martyrum Nerei & Archillei fratrum, qui cũ essent Flauiæ Domitillæ eunuchi, primo cũ ea in insula Pontia longum pro Christo duxerunt exilium, postmodũ verò grauissimis affecti verberibus, cum equuleo & flammis à Memmio Rufo consulari ad immolandum compellerentur, dicerentque se à B. Petro Apostolo baptizatos, nulla ratione posse idolis immolare, capite cæsi sunt. Ibidem via Aurelia, S. Pancratij martyris, qui cum esset annorũ quattuordecim, sub Diocletiano martyrium capitis obtruncatione compleuit. Item Romæ, S. Dionysij patrui eiusdem beati Pancratij. Agyræ in Sicilia, S. Philippi, qui illuc à

sancto

ſancto Petro ad prędicandum Euangelium miſſus, magnam partē illius inſulę ad Chriſti fidem perduxit. Cōſtantiæ in Cypro, S. Epiphanij epiſcopi, qui multiplici eruditione, & ſacrarum litterarum ſcientia excellens, vitæ quoque ſanctitate, zelo catholicæ fidei, munificentia in pauperes, & virtute miraculorū extitit admirandus. Conſtantinopoli, ſancti Germani epiſcopi, ſanctitate & doctrina conſpicui, qui Leonem Iſauricum edictum aduerſus ſacras imagines promulgantem, magna fiducia redarguit.

13 Tertio Idus Maij. Luna. G xvj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

ROmæ, dedicatio eccleſiæ ſanctæ Mariæ ad Martyres, quā beatus Bonifacius Papa quartus expurgato deorū omnium veteri fano, quod Pantheon vocabatur, Phoca imperante, in honorem beatæ ſemper virginis Mariæ, & omniū martyrū dedicauit: vbi poſtea Gregorius Papa quartus feſtum omniū ſanctorū Kalendis Nouembris celebrari mandauit. Conſtantinopoli, beati Mutij presbyteri & martyris, qui primo Amphipoli multis pœnis atque cruciatibus

ob Chriſti confeſſionẽ afflictus, poſtea Byzantiũ vſq; perductus, capitali ſententia occubuit. Drizipari in Thracia, ſancti Alexandri militis, qui ſub Maximiano Imperatore ab vrbe Roma ductus in Thraciam, atque ſæuiſſimè cruciatus, poſt multos pro Chriſto agones ſuperatos, multaque miracula edita, capite cæſus, martyrij coronam accepit. Alexandriæ, commemoratio SS. Martyrũ, qui poſt obitum ſancti Athanaſij, Lucio Ariano epiſcopo è Palæſtina veniente, & in catholicos debacchante, in eccleſia Theonæ occiſi ſunt. Item S. Sergij, qui ob cultum ſanctarum imaginum multa paſſus eſt. Apud Traiectum, ſancti Seruatij Tungrenſis eccleſiæ epiſcopi & confeſſoris, ad cuius ſanctitatẽ demonſtrandam, cũ tempore hiemis omnia in circuitu nix repleret, ſepulchrũ eius numquam operuit, donec induſtria ciuiũ baſilica ſuper illud ædificata eſt. Itẽ in Palæſtina, S. Ioannis Silentiarij.

A
xv. Pridie Idus Maij. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

Omę, S. Bonifacij martyris, qui ſub Diocletiano & Maximiano apud Tarſum Ciliciæ

liciæ paſſus, Romã deinde tranſlatus, via Latina ſepultus eſt. In Gallia, S. Pontij martyris, cuius prædicatione & induſtria poſtquàm duo Philippi Cæſares ad fidem Chriſti cõuerſi ſunt, ipſe ſub Valeriano & Gallieno principibus martyrij palmam adeptus eſt. In Syria, ſanctorũ martyum Victoris, & Coronæ, ſub Antonino Imperatore: ex quibus Victor à Sebaſtiano iudice variis affectus eſt cruciatibus, quem Corona vxor cuiuſdam militis cũ cœpiſſet beatificare ob martyrij conſtantiam, vidit duas coronas de cœlo lapſas, vnam Victori, & alteram ſibi miſſam, cumq́ue hoc audientibus cunctis teſtaretur, ipſa quidem inter arbores ſciſſa: Victor vero decollatus eſt. In Sardinia, ſanctarũ martyrum Iuſtæ, Iuſtinæ, & Henedinæ. Romæ, S. Theodori Papæ, qui Ioanni quarto ſucceſſit, virtutibus & ſanctitate cõſpicuus. Item, ſancti Paſchalis Papæ, qui poſt Stephanum V. ſedit: is plurima ſanctorum martyrum corpora è cryptis leuauit, & in diuerſis eccleſiis honorificè collocauit, quorum ipſe in cælo meruit ſociari conſortio. Ferentini, ſancti Bonifacij epiſcopi & confeſſoris, qui à pueritia, ſanctitate & miraculis claruit. In Ægypto, ſancti Pachomij abbatis, qui plurima in ea regione monaſteria erexit, & regulã monachorũ ſcripſit, quam angelo dictante didicerat.

Idibus

B
xiiij.

Idibus Maij. Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

IN insula Chio, beati Isidori martyris, in cuius basilica extat puteus, in quem fertur fuisse iniectus, de cuius aqua infirmi sæpius potati sanantur. Lampsaci in Hellesponto, passio sanctorum Petri, Andreæ, Pauli, & Dionysiæ. In Hispania, S. Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Indaletij, Cæcilij, Hesychij, & Euphrasij, qui Romæ, à sanctis Apostolis episcopi ordinati, & ad prædicandum verbum Dei in Hispanias directi sunt: cumque variis vrbibus euangelizassent, & innumeras multitudines Christi fidei subiugassent, in ea prouincia diuersis locis quieuerunt, Torquatus Acci, Ctesiphon Vergij, Secundus Abulæ, Indaletius Vrci, Cæcilius Eliberi, Hesychius Carthesæ, & Euphrasius Illiturgi. Fausinæ in Sardinia, sancti Simplicij episcopi & martyris, qui Diocletiani tempore sub Barbaro præside perfossus lancea martyriũ consummauit. Aruernis, SS. martyrum Cassij, Victorini, Maximi, & sociorum. In Brabantia, sanctæ Dympnæ virginis & martyris, filiæ Regis Hiberniæ,

Hiberniæ, à quo ob virginitatem ſeruandam decollata eſt.

16 Decimoſeptimo Kal. Iunij. Luna. C xiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
6	7	8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18			

IN Iſauria, natalis ſanctorũ martyrũ Aquilini & Victoriani. Antiſiodori, B. Peregrini primi eiuſdem ciuitatis epiſcopi, qui à ſancto Xyſto Papa in Gallias cum aliis clericis miſſus, munere euangelicæ prædicationis expleto, capitali ſententia damnatus, coronam meruit ſempiternam. Carthagine, ſancti Agilei martyris. Hipponæ in Africa, ſanctorum viginti Martyrum. Vzali in Africa, SS. martyrũ Felicis & Gennadij. In Palæſtina, paſſio ſanctorum Monachorum à Saracenis in Laura ſancti Sabbæ interfectorum. In Perſia, SS. martyrum Audes epiſcopi, ſeptem presbyterorum, nouem diaconorum, & ſeptem virginum, qui ſæuiſſimè trucidati ſunt. Eugubij, ſancti Vbaldi epiſcopi miraculis clari. Trecis, ſancti Fidoli epiſcopi & confeſſoris. Ambiani, ſancti Honorati epiſcopi. Cenomanis, ſancti Domnali epiſcopi. In Hibernia, ſancti Brandani abbatis. Apud Forum Iulij, ſanctæ Maximæ

Maximæ virginis, quæ multis clara virtutibus in pace quieuit.

D xij. Decimosexto Kal. Iunij. Luna. 17

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

PIsis in Tuscia, S. Torpetis martyris, qui magnus in officio Neronis primũ fuit, cumq; vnus fuerit ex his qui de Cæsaris domo in Christum crediderant, multos eiusdẽ domus & ipse ad Christum perduxit, de quibus Paulus Apostolus ab vrbe Roma ad Philippenses scribit: Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui de Cæsaris domo sunt: sed postea pro fide Christi iubente Satellico alapis cæditur, verberibusque durissimè afficitur, ac bestiis deuorandus traditur, sed minimè læditur: tandem decollatione martyriũ suũ tertio kalendas Maij compleuit, sed tamẽ festiuitas eius hac die celebriùs recolitur ob sui corporis translationẽ. Neapoli in Campania, S. Restitutæ virginis & martyris, quæ Valeriano imperãte à Proculo iudice variè torta, & in nauicula pice & stuppa referta, vt in mari combureretur, imposita, immisso igne, flamma in incensores cõuersa, ipsa illæsa in oratione

tione Deo reddidit ſpiritum : cuius corpus cum nauicula Dei nutu ad Adrinam inſulã Neapolim prope delatũ,& Deo monente recognitum, à Chriſtianis magna cũ veneratione ſuſceptum eſt, & in eius honorem Conſtantinus Magnus baſilicam poſtea erigendam curauit. Niueduni, ſanctorum Martyrum Heradij, Pauli, Aquilini, cum duobus aliis. Chalcedone, ſanctorum martyrum Solochoris & ſociorũ militum ſub Maximiano Imperatore. Alexandriæ, ſanctorum martyrum Adrionis, Victoris, & Baſillæ. Herbipoli, ſancti Brunonis epiſcopi & confeſſoris.

18 Decimoquinto Kal. Iunij. Luna. E xj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
8	9	10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20			

IN Ægypto, S. Dioſcori lectoris, in quẽ Præſes multa & varia tormenta exercuit, ita vt vngues eius effoderet, & lampadibus latera eius inflammaret, ſed cæleſtis luminis fulgore perterriti ceciderunt miniſtri : nouiſſimè laminis ardentibus aduſtus, martyrium conſummauit. Spoleti, ſancti Felicis epiſcopi, qui ſub Maximiano Imperatore palmã martyrij adeptus eſt. Camerini, S. Venantij martyris, qui annos quindecim

cim natus, ſub Decio Imperatore, & Antiocho præſide, vna cum aliis decem coronam martyrij accepit. In Ægypto, ſancti Pontamionis epiſcopi, qui primo ſub Maximino confeſſor, inde ſub Conſtantio, & Philagrio præſide Ariano martyrium conſummauit. Ancyræ in Galatia, ſancti Theodoti martyris, & ſanctarum Thecuſæ eius amitæ, Alexandræ, Claudiæ, Fainæ, Euphraſiæ, Matronæ, & Iulittæ virginum, quæ à Præſide primum proſtitutę, ſed Dei virtute ſeruatę, lapidibus ad colla ligatis in paludem merſæ ſunt: quarũ reliquias collectas cum Theodotus honorificè ſepeliſſet, comprehenſus à Præſide ſæuiſſimè dilaniatus eſt, ac demum enſe percuſſus martyrij coronam accepit. Vpſali in Suetia, ſancti Erici Regis & martyris.

F Decimoquarto Kal. Iunij. Luna. 19

x.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

ROmæ, ſanctæ Potentianæ virginis, quæ poſt innumeros agones, poſt multorum martyrũ venerabiliter exhibitas ſepulturas, poſt omnes facultates ſuas pauperibus erogatas, tandẽ de terris ad cælos migrauit. Ibidẽ, S. Pudẽtis ſenato-

ſenatoris, patris ſupradictę virginis, qui ab Apoſtolis Chriſto in baptiſmo veſtitus, innocentem tunicam vſq; ad vitæ coronam immaculatè cuſtodiuit. Itē Romę via Appia, natalis S. Caloceri & Parthenij eunuchorum, quorum prior erat præpoſitus cubiculi vxoris Decij Imperatoris, alter verò altero alterius muneris primicerius: qui nolentes idolis ſacrificare, ab eodem occiſi ſunt. Nicomediæ, S. Philoteri martyris, filij Paciani proconſulis, qui ſub Diocletiano Imperatore & Maximino Cęſare multa paſſus, martyrij coronam accepit. Ibidem, ſanctarum ſex Virginū & martyrum, quarū præcipua erat Cyriaca, quæ cū liberè Maximianū impietatis obiurgaſſet, diriſſimè cæſa & dilaniata, ad vltimum igne cremata eſt. Eodem die, S. Petri de Morono, qui ex anachoreta ſummus Pontifex creatus, dictus eſt Cæleſtinus quintus, ſed amore quietis abdicans ſe Pontificatu, laboribus & ærumnis preſſus occubuit, multiſque miraculis claruit. Cantuariæ, ſancti Dunſtani epiſcopi. In Britannia minori, ſancti Iuonis presbyteri & confeſſoris, qui pro Chriſti amore cauſas pupillorū, viduarum, ac pauperum defendebat.

G ix. Decimotertio Kal. Iunij. Luna. 10

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
10	11	12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22			

ROmæ via Salaria, natalis S. Baſillæ virginis, quæ cũ eſſet ex regio genere, & haberet illuſtriſſimũ ſponſum, eumq; dimiſiſſet, accuſata ab eo quòd eſſet Chriſtiana, decretum eſt à Gallieno Auguſto, vt aut ſponſum reciperet, aut gladio interiret: quę cõuenta de hoc, reſpondit ſe regem regum habere ſponſum: quod cùm dixiſſet, gladio tranſuerberata eſt. Nemauſi in Galliis, S. Baudelij martyris, qui comprehenſus, cũ ſacrificare nollet, & in fide Chriſti immobilis inter verbera & tormenta perſiſteret, martyrij palmam pretioſa morte ſuſcepit. Edeſſę in Syria, ſanctorum martyrum Thalalei, Aſterij, Alexandri, & ſociorũ, qui ſub Numeriano Imperatore paſſi ſunt. Thebaide in Ægypto, S. Aquilæ martyris, qui pectinibus pro Chriſto dilaniatus fuit. Bituricis in Gallia, S. Auſtregiſili epiſcopi. Papię, ſancti Theodori epiſcopi & confeſſoris. Aquilæ, ſancti Bernardini Senenſis, ordinis Minorum, qui verbo & exemplo Italiã illuſtrauit. Romæ, ſanctę Plautillę feminæ cõſularis, matris ſanctæ Flauiæ

Flauiæ Domitillæ, quæ à beato Petro Apostolo baptizata, eodem anno quo sanctus Petrus passus est, quieuit in pace.

1 Duodecimo Kal. Iunij. Luna. A viij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
11	12	13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23

IN Mauritania Cęsariensi, natalis sanctorum martyrum Timothei, Polij, & Eutychij diaconorum, qui in eadem regione verbum Dei disseminantes, pariter coronari meruerunt. Cæsareæ in Cappadocia, natalis sanctorum martyrum Polyeucti, Victorij, & Donati. Cordubæ, sancti Secundini martyris. Eodem die, sanctorum martyrum Synesij & Theopompi. Cæsareę Philippi, natalis sanctorũ martyrum Nicostrati & Antiochi tribunorum militum. Eodem die, S. Valentis episcopi, qui vna cum tribus pueris coronã martyrij accepit. Toleti, S. Mancij martyris. Alexandriæ, commemoratio sanctorum Martyrum, quos sacris diebus Pentecostes sub Constantio Imperatore Georgius Arianus episcopus cum Sebastiano duce Manichęo & ceteris Arianis sæuissimè occidit. Item, sanctorum confessorum Episcoporum, qui tunc ab iisdem

multa passi, & in exilium ducti sancto fine quieuere. Nicię in Gallia, sancti Hospitij cõfessoris, virtute abstinẽtiæ & prophetiæ spiritu insignis.

B vij. Vndecimo Kal. Iunij. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

ROmæ, sanctorũ martyrum Faustini, Timothei, & Venusti. In Africa, sanctorum martyrũ Casti & Aemilij, qui per ignem passionis martyrium consummarunt. Hos, vt beatus Cyprianus scribit, in prima congressione deuictos, Dominus victores in secundo prælio reddidit, vt fortiores ignibus fierent, qui ignibus ante cessissent. In Corsica, sanctæ Iuliæ virginis, quæ crucis supplicio coronata est. Comanæ in Ponto, sancti Basilisci martyris, qui sub Maximiano Imperatore, & Agrippa præside ferreas crepidas ignitis clauis confixas calceatus, multaque alia passus, demum capite obtruncatus, & in flumen proiectus, martyrij gloriam adeptus est. Rauennæ, sancti Marciani episcopi & confessoris. In pago Antisiodorensi, sancti Romani abbatis, qui sancto Benedicto ministrauit in specu: inde in Gallias proficiscens, ędificato monasterio,

nasterio, relictisque multis sanctitatis alumnis, quieuit in pace. Apud Aquinum, sancti Fulci confessoris. Antisiodori, S. Helenæ virginis.

23 Decimo Kal. Iunij. Luna. C vj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
13	14	15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25			

APud Lingones in Gallia, passio S. Desiderij episcopi, qui cum plebem suam ab exercitu Vuandalorum vexari cerneret, ad Regem eorũ pro ea supplicaturus accessit: à quo statim iugulari iussus, pro ouibus sibi creditis ceruicem libenter extendit, & percussus gladio, migrauit ad Christum. Passi sunt autẽ cum eo & alij plures de numero gregis sui, qui apud eandẽ vrbem conditi sunt. In Hispania, S. Epitacij episcopi, & Basilei. In Africa, SS. martyrum Quincti, Lucij, & Iuliani, qui in persecutione Vuandalica passi, ęternas coronas meruerũt. In Cappadocia, commemoratio SS. Martyrum, qui in persecutione Maximini confractis cruribus necati sunt: item eorũ, qui eodem tempore in Mesopotamia pedibus in sublime appẽsi, capite deorsum verso, suffocati fumo, & lento igne consumpti martyrium acceperunt. Synnadę in Syria, S. Michaelis

episcopi, qui ob sacrarum imaginum cultum à Leone Isaurico exilio relegatus migrauit ad Dominum. Ipso die, sancti Mercurialis episcopi & confessoris. Neapoli in Campania, sancti Euphebij episcopi, qui tempore Constantini Copronymi claruit sanctitate.

D v. Nono Kalendas Iunij. Luna. 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
14	15	16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26			

ANtiochiæ, natalis S. Manahem Herodis tetrarchæ collactanei, doctoris & prophetæ sub gratia noui testamenti, in eadẽ vrbe quiescentis. Item, beatæ Ioannæ vxoris Chuzæ procuratoris Herodis, quam Lucas Euangelista commemorat. Nannete in Britannia minori, beatorum martyrum Donatiani & Rogatiani fratrũ, qui sub Diocletiano Imperatore pro constantia fidei in carcerẽ missi, & equuleo suspensi ac laniati, deinde lancea militari confossi, nouissimè capita eorũ præcisa sunt. In Istria, SS. martyrum Zoili, Seruilij, Felicis, Siluani, & Dioclis. Eadem die, sancti Meletij ducis exercitus, qui in pino confixus est, & sociorum eius ducentorum quinquaginta duorũ, qui diuerso mortis genere cæsi

cæſi ſunt. Item, ſanctarum martyrum Suſannæ, Marcianæ, & Palladiæ prædictorum militum coniugum, quæ vna cum paruulis ſuis cõfractæ ſunt. In Portu Romano, S. Vincentij martyris. Mediolani, ſancti Robuſtiani martyris. Brixiæ, ſanctæ Afræ martyris, quę ſub Hadriano Imperatore paſſa eſt. In monaſterio Lirinenſi, S. Vincentij presbyteri, doctrina & ſanctitate conſpicui. Bononiæ, tranſlatio ſancti Dominici confeſſoris tempore Gregorij Papæ noni.

25 Octauo Kal. Iunij. Luna. E iiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
15	16	17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27			

ROmæ via Numentana, natalis B. Vrbani Papæ & martyris, qui poſt ſanctum Calliſtum Eccleſiã gubernauit, cuius exhortatione & doctrina multi (in quibus fuêre Tiburtius & Valerianus) Chriſti fidem ſuſceperunt, & pro ea martyrium ſubierunt: ipſe quoque pro Eccleſia Dei multa paſſus, tandem capite abſciſſo martyrium conſummauit. Doroſtori in Myſia, natalis ſanctorũ martyrum Paſſicratis, Valentionis, & aliorum duorũ ſimul coronatorum. Mediolani, ſancti Dionyſij epiſcopi, qui ab Impe-

ratore Conſtantio Ariano in Cappadociam pro fide catholica relegatus, ibidem multis cõfectus laboribus quieuit in Domino, cuius ſacras reliquias à ſancto Baſilio Cęſareæ epiſcopo Mediolanũ tranſmiſſas, ſanctus Ambroſius digno honore recondidit. Romæ, ſancti Bonifacij Papæ quarti, qui Pantheon in honorem beatæ Mariæ & omnium martyrum dedicauit. hic Bonifacio tertio ſuccedens, vitæ exẽplo in Eccleſia claruit. Salerni, depoſitio B. Gregorij Papæ ſeptimi, qui Alexandro ſecundo ſuccedens, eccleſiaſticam libertatem à ſuperbia principum ſuo tempore vindicauit, & viriliter pontificia auctoritate defendit. Florentiæ, natalis S. Zenobij eiuſdem ciuitatis epiſcopi, vitæ ſanctitate, doctrina, & miraculorum virtute conſpicui. In Britannia, ſancti Aldelmi epiſcopi Schireburgenſis. In territorio Tricaſſino, S. Leonis confeſſoris. Aſſiſij, tranſlatio ſancti Franciſci confeſſoris tempore Gregorij Papæ noni. Verulis, tranſlatio S. Mariæ Iacobi, cuius ſacrum corpus ſummo cum honore reconditum, quàm plurimis miraculis illuſtratur.

Septimo

F iij.

26 Septimo Kal. Iunij. Luna.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28

ROmæ, ſancti Eleutherij Papæ & martyris, qui S.Sothero ſuffectus, nobiliſſimos Romanorũ ad Chriſti fidẽ perduxit. Hoc Pontifice Lucius Britannorum rex per Fugatium & Damianum ad ſe miſſos Chriſti fidem recepit, & cum vxore, ac toto fere populo baptizatus eſt. Item Romæ, SS.Martyrũ Simitrij presbyteri, & aliorum vigintiduorum, qui ſub Antonino Pio paſſi ſunt. Athenis, beati Quadrati Apoſtolorum diſcipuli, qui in perſecutione Hadriani Eccleſiã grandi terrore diſperſam, fide & induſtria ſua congregans, librum pro Chriſtianæ religionis defenſione valde vtilem, & Apoſtolica doctrina dignum, eidem porrexit. Item in Africa, ſancti Quadrati martyris, in cuius ſolemnitate, ſanctus Auguſtinus ſermonẽ habuit. Tuderti, natalis SS.martyrũ Feliciſſimi, Heraclij, & Paulini. In territorio Antiſiodorenſi, paſſio S.Priſci martyris cum ingenti multitudine Chriſti fidelium. Viennæ, S.Zachariæ epiſcopi & martyris, qui ſub Traiano paſſus eſt. In Anglia, S.Augu-

ſtini epiſcopi, qui vna cum aliis miſſus à beato Papa Gregorio genti Anglorũ Euangeliũ prædicauit, eoſq́ue ad fidem Chriſti perduxit. Item venerabilis Bedæ presbyteri, viri in diuinis humaniſq́ue ſcripturis eruditiſſimi, & vitæ moribus præſtantiſſimi.

G Sexto Kal. Iunij. Luna. 27
13.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29

NAtalis ſancti Ioannis Papæ & martyris, qui Hormiſdæ in Pontificatu ſuccedens, cùm pro orthodoxa fide ſtrenuè ageret, à Theodorico Rege Ariano Rauenná euocatus, ibiq́ue in carcere diu maceratus vitá finiuit. Doroſtori in Myſia, natalis beati Iulij, qui tẽpore Alexandri Imperatoris cùm eſſet veteranus & emeritæ militiæ, comprehenſus ab officialibus, offertur Maximo præſidi, quo præſente cùm idola execraretur, & Chriſti nomen conſtantiſſimè confiteretur, capitali ſententia punitus eſt. Sorę, ſanctæ Reſtitutæ virginis & martyris, quæ ſub Aureliano Imperatore & Agatio proconſule fidei certamen iniens, dæmonũ impetus, parentum blandicias, & tortorũ ſæuitiá ſuperauit; demum vna

vna cum ſociis capite truncata, martyrio decorata eſt. In pago Atrebatenſi, S.Ranulfi martyris. Arauſicæ in Galliis, S.Eutropij epiſcopi, virtutibus atque miraculis illuſtris.

28 Quinto Kal. Iunij. Luna. A j.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
t u A B C D E F F G H M N P
18 19 20 21 22 23 24 25 25 26 27 28 29 30

IN Sardinia, SS. martyrũ Aemilij, Priami, & Luciani, atque Felicis mulieris, qui pro Chriſto certantes, coronati ſunt. Carnoti in Gallia, S.Carauni martyris, qui ſub Diocletiano capite amputato martyrium ſumpſit. Corinthi, ſanctæ Helconidis, quę primum Gordiano Imperatore ſub Perennio præſide multis tormentis afflicta, deinde ſub Iuſtino eius ſucceſſore iterum cruciata, ſed ab angelo liberata, demum diſſectis mammis, feríſque obiecta, atque igne probata, capitis obtruncatione martyrium compleuit. Item, paſſio ſanctorum Creſcentis, Dioſcoridis, Pauli, Helladij. Thecuæ in Palæſtina, commemoratio SS. monachorũ, qui imperante Theodoſio iuniore à Saracenis occiſi ſunt: quorũ ſacras reliquias accolæ colligẽtes, ſumma veneratione habuerunt. Lutetiæ Pariſiorũ, S.Germani epiſcopi

epiſcopi & confeſſoris, qui quantæ ſanctitatis, quantique meriti fuerit, quibus etiam miraculis claruerit, Fortunatus epiſcopus litterarum monimentis conſignauit. Florentiæ, ſancti Podij epiſcopi & confeſſoris.

B Quarto Kal. Iunij. Luna. 29
*

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 26 27 28 29 30 1

ROmæ via Aurelia, natalis ſancti Reſtituti martyris. Apud Iconiũ ciuitatem Iſauriæ, paſſio ſanctorũ Cononis, & filij eius annorum duodecim, qui ſub Aureliano Imperatore craticulæ prunis ſuppoſitis, & oleo ſuperinfuſo, ſuſpenſionis in equuleo, atque ignis pœnam paſſi, malleo ad extremum ligneo manibus eorũ contritis ſpiritũ emiſerunt. Eadem die, natalis ſanctorum martyrum Siſinnij, Alexandri, & Martyrij, qui in Anauniæ partibus, Honorio Imperante, perſequentibus gentilibus martyrij coronam adepti ſunt. Cæſareæ Philippi, ſanctarum martyrum Theodoſiæ, matris S. Procopij martyris, & aliarum duodecim nobilium matronarum, quæ in perſecutione Diocletiani capite obtruncatæ ſunt. In Piceno, paſſio ſanctorũ mille quingen-

quingentorum & vigintiquinque martyrum. Treuiris, beati Maximini epiſcopi & cõfeſſoris, à quo ſanctus Athanaſius epiſcopus perſecutionẽ Conſtantij fugiens, honorificè ſuſceptus fuit. Arcani in Latio, ſancti Eleutherij confeſſoris.

Tertio Kal. Iunij. Luna. C xxix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

ROmæ via Aurelia, natalis S. Felicis Papæ & martyris, qui poſt ſanctũ Dionyſium Eccleſiã regens, ſub Aureliano principe martyrio coronatus eſt. Turribus in Sardinia, SS. martyrum Gabini & Criſpuli. Antiochiȩ, SS. Syci & Palatini, qui pro Chriſti nomine multa paſſi ſunt. Rauennæ, ſancti Exuperantij epiſcopi & cõfeſſoris. Cæſareæ in Cappadocia, SS. Baſilij, & Emmeliæ cõiugis eius, parentũ S. Baſilij magni: qui tempore perſecutionis Maximini extorres facti, Ponticas ſolitudines incoluere, miniſtrãtibus illis cibũ ſilueſtribus feris: perſecutione ceſſante, filios educantes in Chriſto, ſuarumq; virtutũ relinquentes heredes, quieuerunt in Dño. Prope Gazã, S. Barſanuphij Ægyptij anachoretæ, vitȩ ſanctitate, & gratia miraculorũ illuſtris.

Pridie

D Pridie Kalendas Iunij. Luna. 31
xxviij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
21	22	23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3			


ROmæ, ſanctæ Petronillæ virginis, filiæ beati Petri Apoſtoli, quæ Flacci nobilis viri coniugium ſpernens, acceptis triduanis ad deliberandum induciis, interim ieiuniis & orationibus vacans, tertia die mox vt Chriſti ſacramentum accepit, emiſit ſpiritũ. Aquileiæ, ſanctorum martyrum Cantij, Cantiani, & Cantianillæ, qui cùm eſſent ex illuſtri Aniciorum progenie, ob Chriſtianæ fidei cõſtantiam vna cum pędagogo ſuo Proto capite plexi ſunt. Turribus in Sardinia, ſancti Creſcentiani martyris. Apud Comanos in Ponto, ſancti Hermiæ militis, qui ſub Antonino Imperatore ab innumeris & ſæuiſſimis tormentis ope diuina liberatus, carnificem ad Chriſtum cõuertit, & eiuſdem martyrij coronæ participem fecit, quam tamen primus ipſe gladio obtruncatus accepit.

Kalendis

1 Kalendis Iunij. Luna. F xxvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4



OMAE, ſancti Viuentij martyris. Item, ſancti Viriani martyris. Cæſareæ in Palæſtina, beati Pamphili presbyteri & martyris, viri admirandæ ſanctitatis & doctrinę, atque in pauperes munifici, qui ob Chriſti fidem in perſecutione Maximini, primo ſub Vrbano præſide cruciatus, & in carcerē truſus, deinde ſub Firmiliano iterũ reuocatus ad pœnas, vna cũ aliis martyriũ cõſummauit. Paſſi ſunt etiã tunc Valens diaconus, & Paulus, & alij nouē, quorũ cõmemoratio aliis diebus celebratur. Auguſtoduni, ſanctorum Reueriani epiſcopi, & Pauli presbyteri, cum aliis decem, qui ſub Aureliano principe martyrio coronati ſunt. Item, ſancti Firmi, qui in perſecutione Maximiani acerbiſſimis plagis affectus, lapidibus percuſſus, ac demum capite cæſus eſt. In Cappadocia, S. Theſpeſij martyris, qui ſub Alexãdro Imperatore & Simplicio præfecto poſt alia tormenta decollatus eſt. In Ægyto, ſanctorum Iſchirionis ductoris militum, & aliorum

aliorum quinque militum, qui ſub Diocletiano pro Chriſto diuerſis modis perempti ſunt. Peruſiæ, SS. martyrum Felini & Gratiani militum, qui ſub Decio genus omne martyrij pertulerunt. Bononiæ, ſancti Proculi martyris, qui ſub Theodorico Rege Ariano necatus eſt. In monaſterio Lirinenſi, S. Capraſij abbatis. Treuiris, ſancti Symeonis monachi, qui à Benedicto Papa nono in numerum ſanctorum relatus eſt. In Vmbria, ſancti Fortunati presbyteri, qui ruſticum opus exercens, cum angelis verſabatur in terris, qui & multis miraculis claruit.

F xxvj. Quarto Nonas Iunij. Luna. 1

25	a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
	t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
	23	24	25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5			

ROmæ, natalis SS. mart. Marcellini preſbyteri, & Petri exorciſtę, qui cum multos in carcere poſitos erudirent in fide, in perſecutione Diocletiani poſt dura vincula & plurima torméta ſub Sereno iudice decollati ſunt in loco qui dicebatur Silua nigra, quæ poſtea in honorem ſanctorum commutato nomine Silua candida appellata eſt. Horum corpora in crypta iuxta ſanctũ Tiburtium ſepulta ſunt, eorumq; ſepul-

ſepulchrum, S. Damaſus Papa verſibus poſtea exornauit. Caietæ ad litus Campanũ, S. Eraſmi epiſcopi & martyris, qui ſub Diocletiano Imperatore primum plumbatis cæſus, deinde fuſtibus grauiter maceratus, pòſt reſina, ſulphure, plumbo, pice, cera, oleoq́ue perfuſus, illæſus apparuit: demum Formiis ſub Maximiano diuerſis atque immaniſſimis ſuppliciis cruciatus, clarus martyrio migrauit ad Dominum. Lugduni, ſanctorum martyrum Photini epiſcopi, Sancti diaconi, Vetij Epagathi, Maturi, Pontici, Biblidis, Blandinæ, & aliorum, quorum fortia & iterata certamina tempore M. Aurelij Antonini, & Lucij Veri, eccleſiæ Lugdunenſis epiſtola ad eccleſias Aſiæ & Phrygiæ ſcripta recenſet. In his, ſancta Blandina ſexu infirmior, corpore imbecillior, cõdicione deiectior, diuturniora & acerbiora certamina ſubiens, & fortis adhuc permanens, enſe iugulata cæteros ſecuta eſt, quos hortabatur ad palmam. Romæ, ſancti Eugenij Papæ, qui ſancto Martino ſucceſſit.

3 Tertio Nonas Iunij. Luna. G xxiiij. xxv.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
24	25	26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6			

L

Aretij

2 ARetij in Tuscia, sanctorum martyrum Ar-
gentini & Laurentini fratrum, qui in per-
secutione Decij, sub Tiburtio præside, cũ essent
pueri, post dira supplicia tollerata, & magna
miracula ostensa, gladio cæsi sunt. Cordubæ,
beati Isaac monachi, qui cum esset annorũ vi-
ginti septem, gladio pro fide Christi necatus est.
Constantinopoli, sanctorum martyrum Lucil-
liani, & quatuor puerorum Claudij, Hyppatij,
Pauli, & Dionysij, quos Lucillianus ex sacerdote
idolorum Christianus factus, in carcere detẽtos
pro Christi fide inuenit: cum quibus post *varia*
tormenta in fornacẽ coniectus, sed imbre flam-
ma extincta omnes euaserunt: deniq; ipse cruci
affixus, pueri autẽ gladio obtrũcati, sub Siluano
præside cõsummati sunt. Ibidẽ, S. Paulę *virginis*
& martyris, quę prędictorũ sanctorũ martyrum
sanguinẽ colligens, comprehensa, virgis cæsa,
& in ignẽ coniecta, sed liberata, tandem & ipsa
eodem loco vbi sanctus Lucillianus crucifixus
fuerat, capite cæsa est. Carthagine, sancti Cęcilij
presbyteri, qui sanctũ Cyprianum ad Christi fi-
dem perduxit. In territorio Aurelianensi, S. Li-
phardi presbyteri & confessoris. Lucę, S. Dauini
confessoris miraculis clari. Parisiis, S. Crotildæ
reginæ Clodouei regis vxoris, cuius precibus
vir infidelis ad fidem perductus est.

Pridie

4 Pridie Nonas Iunij. Luna. A xxiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
25	26	27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7			

ROmæ, ſanctorum martyrum Aretij & Daciani. Siſcię, in Illyrico, ſancti Quirini epiſcopi, qui ſub Gallerio preſide pro fide Chriſti, vt Prudentius ſcribit, molari ſaxo ad collum ligato, in flumen præcipitatus eſt: ſed lapide ſupernatante, cum circumſtantes Chriſtianos diu fuiſſet hortatus, ne eius terrerentur ſupplicio, néve titubarent in fide: ipſe, vt martyrij gloriam aſſequeretur, precibus à Deo vt mergeretur obtinuit: in cuius laudem Prudentius hymnum præclarum conſcripſit. Atinæ, ſanctorum martyrũ Nicandri & Marciani, qui in perſecutione Maximiani capite truncati ſunt: vxor autem Nicandri virum ſecuta, poſt triduum & ipſa martyrio coronata eſt. In Pannonia, ſanctorum martyrũ Rutili, & ſociorum. Conſtantinopoli, ſancti Metrophanis epiſcopi & confeſſoris inſignis. Mileuij in Numidia, S. Optati epiſcopi, doctrina & ſanctitate conſpicui. Veronæ, ſancti Alexandri epiſcopi & confeſſoris.

B xxij.

Nonis Iunij. Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 1 2 3 4 3 4 5 6 7 8

IN Ægypto, natalis SS. martyrũ Apollonij, Leonidis, Arij, Gorgij, Hipparchi, Irenes, Pambonis, & cæterorum, qui in perſecutione Maximini Imperatoris naſo, auribus, manibuſque præciſis, poſt multos & varios cruciatus illuſtre martyrium conſummarunt. Cæſareæ in Palæſtina, paſſio ſanctarum Zenaidis, Cyriæ, Valeriæ, & Marciæ, quæ per multa tormenta gaudentes ad martyrium peruenerunt. Eodem die, S. Dorothei Tyrij, presbyteri Antiocheni, qui ſub Diocletiano multa paſſus, vſq; ad tempora Iuliani ſuperſtes, Edeſſam migrans, ibi annum agens ſeptimum ſupra centeſimum, venerandã ſenectam martyrio honeſtauit. In Friſia, ſancti Bonifacij epiſcopi Maguntini, qui de Anglia Romam veniens, & à Gregorio ſecundo in Germaniam miſſus vt fidem Chriſti illis gentibus euangelizaret, cùm maximam multitudinem, præſertim Friſonum, Chriſtianæ religioni ſubiugaſſet, Germanorum apoſtolus meruit appellari: nouiſſimè in Friſia à furentibus gentilibus

bus

bus gladio peremptus martyrium cõſummauit cum Eobano & quibuſdã aliis ſeruis Dei. Cordubæ in Hiſpania, beati Sancij adoleſcentis, qui etſi in aula regia educatus, pro Chriſti tamen fide martyrium libenter accedit in perſecutione Arabica.

6 Octauo Idus Iunij. Luna. C xxj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
27	28	29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9			

CÆſareæ in Palæſtina, natalis B. Philippi, qui fuit vnus de ſeptem primis diaconis. Hic ſignis & prodigiis clarus, Samariã ad fidem Chriſti conuertit, & Candacis Aethiopũ reginæ eunuchum baptizauit, ac demũ apud Cęſaream requieuit: iuxta quẽ tres virgines eius filiæ prophetiſſæ tumulatæ iacent: nam quarta filia eius plena Spiritu ſancto Epheſi occubuit. Romæ, ſancti Artemij, cum vxore ſua Candida, & filia Paulina: qui Artemius ad prædicationem & miracula S. Petri exorciſtæ in Chriſtum credens, & cũ omni domo ſua à ſancto Marcellino preſbytero baptizatus, iuſſu Sereni iudicis plumbatis cæſus, & gladio percuſſus eſt: vxor verò eius & filia in cryptam impulſæ, lapidibus ruderi-

 buſque

busque sunt obrutæ. Tarsi in Cilicia, SS. Martyrum viginti, qui temporibus Diocletiani & Maximiani sub Simplicio iudice per diuersa tormenta glorificauerũt Deum in corporibus suis. Niueduni in Gallia, sanctorũ Amantij & Alexandri. Præmonstrati, sancti Norberti episcopi Magdeburgensis, fundatoris ordinis Præmonstratensis, qui obtenta à Gelasio secũdo Romano Pontifice prædicandi facultate, multos ad viam veritatis reduxit. Mediolani, S. Eustorgij episcopi & confessoris. Veronæ, sancti Ioannis episcopi & confessoris.

D xx. Septimo Idus Iunij. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
28	29	1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10			

CONstantinopoli, natalis S. Pauli eiusdem ciuitatis episcopi, qui sæpè ab Arianis ob fidem catholicam pulsus, & à sancto Iulio Romano Pontifice restitutus, demum à Cõstantio Imperatore Ariano ad Cucusum oppidulũ Cappadociæ relegatus, ibidem Arianorum insidiis crudeliter strangulatus ad cęlestia regna migrauit: cuius corpus Theodosio Imperatore Constantinopolim summo honore translatum fuit.

In

In Ægypto, S. Lycarionis martyris, qui laniatus, virgis ferreis ignitis cæsus, aliaq; sæuissima passus, obtruncatus gladio martyrium compleuit. Cordubæ, sanctorũ martyrum Petri, Albentij, Hieremiæ, & aliorum trium. Eodem die, sancti Claudij episcopi Bisuntini & confessoris. In Anglia, sancti Roberti abbatis ordinis Cistertiensis. Antiochiæ, sanctæ Publiæ abbatissæ, quę transeunte per viam Iuliano Apostata, vna cum suis virginibus Dauidicum illud canens: Simulacra gentium argentum & aurum: &, similes illis fiant qui faciunt ea: Imperatoris iussu obiurgata, & alapis cæsa est.

8 Sexto Idus Iunij. Luna. E xix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
29	1	2	3	4	5	6	7	6	7	8	9	10	11			

Constantinopoli, SS. martyrũ Alexandri & Antoninæ, quæ ad lupanar damnata, & ab Alexandro qui pro ea ibi remanserat, clam educta, cum eo pariter comprehensa, ac simul manibus pedibusque præcisis, ardenti pice perfusi, in rogum iniecti sunt. Eadẽ die, S. Calliopę, quæ ob Christi fidem mammis abscissis, atque adustis carnibus super testulas volutata, capite

demũ truncata martyrij palmam accepit. Cordubæ, ſanctorum martyrum Abundij & Petri presbyterorũ, & ſociorum monachorũ. Aquis in Gallia, S.Maximini primi eiuſdem ciuitatis epiſcopi, quem & Domini fuiſſe diſcipulũ tradunt. Sueſſione in Galliis, natalis S. Medardi epiſcopi Nouiomenſis, cuius vita & mors pretioſa glorioſis miraculis commendatur. Rhotomagi, S. Gildardi epiſcopi, fratris S. Medardi epiſcopi, qui eodem die, nati, atque baptiſmo renati, eodemq́ue epiſcopi conſecrati, vno quoque die de hac vita ſubtracti ſimul in cælum migrarunt. Apud Senones, S.Heraclij epiſcopi & confeſſoris. Metis, ſancti Clodulphi epiſcopi & confeſſoris. In Piceno, ſancti Seuerini epiſcopi Septempedani. In Sardinia, ſancti Salluſtiani confeſſoris. Camerini, ſancti Victorini confeſſoris.

F

xviij. Quinto Idus Iunij. Luna. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12

ROmę in monte Cęlio, natalis SS.Primi & Feliciani ſub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus. Hi glorioſi martyres longęuã in Domino

Domino vitam ducentes, & nunc ſimul paria, nunc ſingillatim diuerſa & exquiſita perferentes tormenta, tandem felicis pugnæ curſum à Promoto præſide Numentano gladio animaduerſi conſummauerũt. Agenni in Gallia, paſſio ſancti Vincentij leuitæ & martyris. Nicææ, ſancti Diomedis Martyris. Antiochię, ſanctæ Pelagię virginis, quam ſancti Ambroſius & Ioannes Chryſoſtomus magnis efferunt laudibus. Syracuſis, ſancti Maximiani epiſcopi, cuius ſanctus Gregorius Papa ſæpius meminit. In Scotia, ſancti Columbi presbyteri & confeſſoris. Edeſſæ in Syria, ſancti Iuliani monachi, cuius præclara geſta ſanctus Ephræm diaconus ſcripſit.

10 Quarto Idus Iunij. Luna. G xvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13

ROmæ via Salaria, paſſio B. Getulij clariſſimi & doctiſſimi viri, ſociorumq́ue eius Cærealis, Amantij, & Primitiui, qui iuſſu Hadriani Imperatoris à Licinio conſulari tenti, primo cæſi, deinde in carcerem truſi, poſtremo incendio ſunt traditi: cumq́ue nullo modo ab igne læſi fuiſſent, fuſtibus illiſo capite martyriũ

compleuerunt. Symphoroſa autem, B. Getulij vxor eius corpus collegit, & in arenario prædij ſui honorificè ſepeliuit. Item Romę via Aurelia, natalis S. Baſilidis, Tripodis, Mandalis, & aliorum viginti, ſub Aureliano Imperatore, & Platone Vrbis præfecto. Nicomediæ, S. Zachariæ martyris. Pruſiade in Bithynia, ſancti Timothei epiſcopi & martyris ſub Iuliano Apoſtata. In Hiſpania, ſanctorum martyrum Criſpuli & Reſtituti. In Africa, ſanctorum martyrum Areſij, Rogati, & aliorum quindecim. Coloniæ, ſancti Maurini abbatis & martyris. Petræ in Arabia, S. Aſterij epiſcopi, qui ab Arianis multa paſſus, à Conſtantio Imperatore relegatus in Africam, confeſſor glorioſus occubuit. Antiſiodori, ſancti Cenſurij epiſcopi & confeſſoris. In Scotia, ſanctæ Margaritæ Reginæ, amore in pauperes, & voluntaria paupertate celebris.

A xvj. Tertio Idus Iunij. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14

IN Cypro inſula, natalis S. Barnabę Apoſtoli, qui à diſcipulis cum Paulo gentium apoſtolus ordinatus, multas regiones cũ eo peragrauit, euange-

euangelicæ prædicationis iniunctum sibi opus exercens: postremo Cyprum profectus, ibi apostolatum suum martyrio decorauit: cuius corpus tempore Zenonis Imperatoris ipso reuelante repertum est vna cum codice Euangelij sancti Matthæi sua manu descripto. Aquileiæ, passio sanctorum Felicis & Fortunati fratrum, qui in persecutione Diocletiani Imperatoris equuleo sunt suspensi, atq; ardentibus lampadibus circa eorum latera appositis, & mox diuina virtute extinctis, per ventrem feruenti oleo sunt perfusi, & ad vltimum cùm in confessione Christi persisterent, capite truncati. In Ægypto, sancti Onuphrij anachoritæ, qui sexaginta annis in solitudine peractis, sanctitate & meritis clarus migrauit in cælum. Romæ, translatio S. Gregorij Nazianzeni: cuius sacrum corpus multo ante è Constantinopoli ad Vrbem delatum, atque in ecclesia Dei genitrici ad Campum Martium dicata diu asseruatum, Gregorius XIII. Pontifex maximus in Sacellum à se in Basilica S. Petri magnificentissimè exornatum, summa celebritate transtulit, ac postridie sub altare digno honore condidit.

Pridie

B

xv. **Pridie Idus Iunij. Luna.** 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15

ROmæ via Aurelia, natalis ſanctorum militum Baſilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij, qui in perſecutione Diocletiani ſub Aurelio præfecto ob Chriſtiani nominis confeſſionem detruſi in carcerẽ,& ſcorpionibus lacerati, capite truncati ſunt. Nicææ in Bithynia, S. Antoninæ martyris, quæ ſub eadem perſecutione à Priſcilliano præſide iuſſa eſt fuſtibus cædi, ſuſpendi in equuleo, lateribus laniari, & flammis incendi, ac demũ cęſa gladio martyriũ conſummauit. Mediolani, inuentio ſanctorũ martyrum Nazarij & Celſi, quãdo S. Ambroſius epiſcopus diuino monitu corpus S. Nazarij recenti adhuc ſanguine cõſperſum, in horto, vbi à Chriſtianis primo ſepultum fuerat, inuentum, ad baſilicam Apoſtolorum tranſtulit vna cum corpore beati Celſi pueri, quem Nero ſimul cũ eo gladio feriri iuſſerat. Athenis, ſancti Olympij epiſcopi, qui ab Arianis ſede pulſus, confeſſor occubuit. In Cilicia, ſancti Amphionis epiſcopi, qui tempore Maximini confeſſor fuit egregius.

Idibus

13 Idibus Iulij. Luna. C xiiij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4
t u A B C D E F F G H M N P
5 6 7 8 9 10 11 12 11 12 13 14 15 16

ROmæ via Ardeatina, natalis S.Feliculæ virginis & martyris, quæ Flacco nolens nubere, nec idolis immolare, tradita eſt cuidam iudici, qui eam in confeſſione Chriſti perſeuerantem, poſt tenebricoſam cuſtodiam, & famis inediam, fecit in equuleo torqueri, donec emitteret ſpiritum, & ſic demũ deponi, & in cloacam præcipitari: quã ſanctus Nicomedes eadem via ſepeliuit. In Africa, ſanctorum martyrum Fortunati & Luciani. Cordubæ, S.Fandilæ presbyteri, qui in perſecutione Arabica amputato capite pro fide Chriſti martyrium ſubiit. Bibli in Palæſtina, ſanctæ Aquilinæ virginis & martyris, quæ ſub Diocletiano Imperatore, & Voluſiano iudice, annos duodecim nata, ob fidei confeſſionem colaphis & verberibus cæſa, & ſubulis candentibus perforata, demũ ſecuri percuſſa virginitatem martyrio conſecrauit. In Pelignis, S.Peregrini epiſcopi & martyris, qui ab Arianis pro catholicę fidei defenſione in flumen demerſus eſt. In Cypro, S.Triphilli epiſcopi. Patauij, S.Anto-

S. Antonij Lusitani cõfessoris ordinis Minorum, qui vita, miraculis, & prędicatione fuit insignis.

D xiij. Decimooctauo Kal. Iulij. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
6	7	8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17			

CÆsareæ in Cappadocia, ordinatio S. Basilij episcopi, qui tempore Valentis Imperatoris doctrina & sapientia insignis, omnibusque virtutibus ornatus mirabiliter effulsit, & Ecclesiam aduersus Arianos & Macedonianos mira constantia defendit. Samariæ in Palæstina, sancti Elisæi prophetæ, cuius sepulchrũ dæmones perhorrescere sanctus Hieronymus scribit: ibiq; & Abdias propheta quiescit. Suessione, sanctorum martyrum Valerij & Ruffini, qui in persecutione Diocletiani à præside Rictiouaro post multa tormenta iussi sunt decollari. Syracusis, sancti Marciani episcopi, qui à beato Petro ordinatus episcopus, post Euãgelij prædicationem à Iudæis occisus est. Cordubæ, sanctorũ martyrum Anastasij presbyteri, Felicis monachi, & Dignæ virginis. Constantinopoli, S. Methodij episcopi, qui cum Leonem Armenum, & Theophilum Imperatores sacras imagines destruẽtes redar-

redargueret, in insulam relegatus est, & postmodum persecutione cessante quieuit in pace. Viennæ, sancti Ætherij episcopi & confessoris.

15 Decimoseptimo Kal.Iulij. Luna. E xij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
7	8	9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18			

IN Lucania apud Silarũ flumen, natalis sanctorum martyrũ Viti, Modesti, atq; Crescentiæ, qui sub Diocletiano Imperatore è Sicilia illuc delati, ibidem post ollam feruentis plumbi, post bestias, & catastas diuina virtute superatas, cursum gloriosi certaminis peregerunt. Dorostori in Mysia, S.Hesychij militis, qui cũ beato Iulio comprehensus, sub Maximo præside post eũ martyrio coronatus est. Zephyrij in Cilicia, sancti Dulæ martyris, qui sub præside Maximo ob Christi nomen virgis cæsus, in craticula positus, feruenti oleo capite incensus, aliaque passus, martyrij palmam victor accepit. Sibapoli apud Palmyrã in Syria, depositio S.Febronię virginis & martyris, quæ in persecutione Diocletiani sub Lysimacho præside ob fidem & pudicitiam conseruandam, cęsa virgis, laniata pectinibus, succensa igne, excussis dentibus, excisis mammis,

mammis, truncata deniq; capite, tot passionum ornata monilibus migrauit ad sponsum. Aruernis, sancti Abrahæ confessoris, vitæ sanctitate, ac miraculis illustris.

F ij. Decimosexto Kal. Iulij. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

Vesontione in Gallia, sanctorũ martyrum Ferreoli presbyteri, & Ferrutionis diaconi, qui à beato Irenæo episcopo ad prædicãdum verbum Dei missi, postea sub Claudio iudice diuersis pœnis excruciati gladio feriuntur. Tarsi in Cilicia, sanctorum martyrum Quirici & Iulittæ matris eius sub Diocletiano Imperatore: quorum Quiricus triennis puellus, cũ matrem, quæ ante Alexandrũ præsidem neruis dirissimè cædebatur, implacabili luctu lugeret, ad gradus tribunalis illisus interiit: Iulitta verò post dira verbera & grauia tormẽta, martyrij sui cursum obtrũcatione capitis impleuit. Maguntiæ, passio sanctorum Aurei & Iustinæ sororis, & cæterorum martyrum, qui agentes synaxim, ab Hunnis Germaniã diripientibus improuiso impetu aggressi, in ecclesia trucidati sunt. Amathuntæ in

Cypro

Cypro, S. Tychonis epiſcopi, ſanctitate & miraculis clari tẽpore Theodoſij iunioris. Lugduni, depoſitio beati Aureliani epiſcopi Arelatenſis. Nannete in Britannia minori, ſancti Similiani epiſcopi & confeſſoris. Miſnæ in Germania, ſancti Bennonis epiſcopi, ſanctitate & miraculis clari. In Brabantia, ſanctæ Lutgardis virginis.

17 Decimoquinto Kal. Iulij. Luna. G z.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

ROmæ, natalis ſanctorum ducentorũ ſexaginta duorum Martyrum, qui in perſecutione Diocletiani pro fide Chriſti necati, poſiti ſunt via Salaria veteri ad cliuũ Cucumeris. Tarracinæ, S. Montani militis, qui ſub Hadriano Imperatore, & Leontio cõſulari, poſt multa tormenta martyrij coronã accepit. Apud Chalcedonem, SS. martyrum Manuel, Sabel & Iſmael, qui pacis cauſa apud Iulianum Apoſtatam pro Rege Perſarum legatione fungentes, cùm Imperatoris iuſſu idola venerari cõpellerentur, idq́ue conſtanti animo recuſarent, gladio feriuntur. Apolloniæ in Macedonia, ſanctorũ martyrum Iſauri diaconi, Innocentij, Felicis, Hieremiæ, &

M Peregrini

Peregrini Athenienſiũ, qui à Tripontio tribuno variè torti, capite obtruncati ſunt. In pago Bituricenſi, S. Gundulphi epiſcopi. Aureliæ, ſancti Auiti presbyteri & confeſſoris. In Phrygia, ſancti Hyppatij confeſſoris. Item, ſancti Beſſarionis anachoritæ. Piſis in Tuſcia, ſancti Rainerij confeſſoris.

A ix. Decimoquarto Kal. Iulij. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21

ROmæ, via Ardeatina, natalis ſanctorum martyrum Marci & Marcelliani fratrum, qui à iudice Fabiano tenti, & ad ſtipitem alligati, in pedibus clauos acutos acceperunt: cumque non ceſſarent laudare Chriſtũ, lanceis per latera transfixi, cum gloria martyrij ad ſiderea regna migrarunt. Malacæ in Hiſpania, ſanctorũ martyrum Cyriaci & Paulæ virginis, qui lapidibus obruti, inter ſaxa animas cælo reddiderunt. Tripoli in Phœnicia, ſancti Leontij militis, qui ſub Hadriano præſide, vna cum Hyppatio tribuno, & Theodulo, quos conuertit ad Chriſtum, per acerba tormenta peruenit ad coronam martyrij. Eodem die, ſancti Ætherij martyris, qui in perſecutione

ſecutione Diocletiani poſt ignes & alios cruciatus gladio cæſus eſt. Burdigalæ, S. Amandi epiſcopi & confeſſoris. Cremonæ, ſancti Himerij epiſcopi & confeſſoris. Sconaugiæ, S. Elizabeth virginis, monaſticæ vitæ obſeruantia celebris.

19 Decimotertio Kal. Iulij. Luna. B viij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
11	12	13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22			

MEdiolani, SS. martyrũ Geruaſij & Protaſij fratrum, qui in perſecutione Neronis paſſi ſunt: ex quibus priorem tamdiu iuſſit Aſtaſius iudex plumbatis cædi, quouſque ſpiritum exhalaret: ſequentem verò fuſtibus cæſum capite truncari. Horum corpora ſanctus Ambroſius ſanguine conſperſa, & ita incorrupta Domino reuelante reperit, ac ſi eo die fuiſſent interempti: in quorũ tranſlatione cæcus feretri tactu lumen recepit, & plurimi à dæmonibus vexati liberati ſunt. Rauennæ, S. Vrſicini martyris, qui in eadẽ Neronis perſecutione ſub Paulino iudice poſt nimia tormenta in confeſſione Domini immobilis permanẽs, capitis abſciſſione martyriũ cõpleuit. Arretij in Tuſcia, ſanctorũ martyrũ Gaudentij epiſcopi, & Culmatij dia-

coni, qui tẽpore Valentiniani furore gentilium cæſi ſunt. Sozopoli, S. Zoſimi martyris, qui in perſecutione Traiani ſub Domitiano præſide poſt acerbos cruciatus capite cæſus eſt. Eodem die, S. Bonifacij martyris diſcipuli B. Romualdi, qui à Romano Pontifice ad prædicãdũ Euangelium in Ruſſiã miſſus, cùm per ignẽ tranſiſſet illæſus, Regem ac populum baptizauit: ſed à furente Regis fratre necatus, optatã martyrij coronã accepit. Rauennæ, ſancti Romualdi confeſſoris, monachorum Camaldulenſium patris, qui collapſam in Italia eremiticam diſciplinam reſtituit, ac mirificè propagauit.

C vij. Duodecimo Kal. Iulij. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
12	13	14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23			

NAtalis ſancti Siluerij Papæ & martyris, qui poſt ſanctum Agapitum Eccleſiam gubernauit: cumque Anthimum epiſcopũ hæreticum ab Agapito depoſitũ reſtituere noluiſſet, agente impia Theodora Auguſta à Belliſario in exilium pulſus eſt ad inſulam Pontiam, ſed reclamantibus totius orbis epiſcopis, ad ſedem ſuam reduci iubetur: cumque ad Palmariam inſulam

ſulam perueniſſet, ibi ab impiis miniſtris aliquamdiu detentus, pro fide catholica ærumnis confectus defecit. Romæ, depoſitio ſancti Nouati, filij ſancti Pudentis ſenatoris, & fratris ſancti Timothei presbyteri, & ſanctarū Chriſti virginū Potentianæ & Praxedis: qui ab Apoſtolis eruditi ſunt in fide. Horum domus in eccleſiam commutata, Paſtoris titulus appellatur. Tomis in Ponto, ſanctorū martyrum Pauli & Cyriaci. Petræ in Palæſtina, ſancti Macarii epiſcopi & cōfeſſoris, qui ab Arianis multa paſſus, in Africam relegatus quieuit in Domino. Eodem die, ſanctæ Florentiæ virginis.

1 Vndecimo Kal. Iulij. Luna. D vj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24

ROmę, ſanctæ Demetriæ virginis, quę ſub Iuliano Apoſtata martyrio coronata eſt. Syracuſis in Sicilia, natalis SS. martyrū Ruffini & Martię. In Africa, SS. martyrū Cyriaci & Apollinaris. Maguntiæ, S. Albani martyris, qui ſub Diocletiano Imperatore ob Chriſti fidem poſt longos labores & dura certamina factus eſt dignus corona vitæ. Eadem die, S. Euſebij epiſcopi

Samosateni, qui in persecutione Arianorũ tempore Constantij sub habitu militari incognitus ecclesias visitabat, & in fide catholica confirmabat: sub Valente autem in Thraciam relegatus est: sed reddita pace Ecclesiæ tempore Theodosij restitutus, dum iterũ ecclesias visitaret, à muliere Ariana immissa desuper tegula, confracto capite martyrio tandem occubuit. Iconij in Lycaonia, sancti Terentij episcopi & martyris. Apud Tungrenses, sancti Martini episcopi & confessoris. In pago Madriacensi, sancti Leutfridi abbatis.

E v. Decimo Kal. Iulij. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
t	u	A	B	C	D	E	P		F	G	H	M	N	P		
14	15	16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25			

APud Nolam Campaniæ vrbem, natalis B. Paulini episcopi & confessoris, qui ex nobilissimo & opulẽtissimo factus est pro Christo pauper & humilis, & quod supererat, se ipsum pro redimendo captiuo, quem Vuandali Campania deuastata in Africam abduxerãt, in seruitutem dedit. Claruit autem non solum eruditione, & copiosa vitæ sanctitate, sed etiam potentia aduersus dæmones; eiusq; præclaras laudes,

des S. Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus, & Gregorius ſcriptis ſuis celebrarunt. In monte Ararath, paſſio ſanctorum martyrū decem millium Crucifixorū. Verolamij in Britannia, ſancti Albani martyris, qui tempore Diocletiani pro clerico hoſpite quē ſuſceperat, ſe ipſum tradens, poſt verbera & acerba tormēta capite plexus eſt. Paſſus eſt etiam cum illo vnus de militibus, qui eum ducebat ad ſupplicium, qui in via conuerſus ad Chriſtū, meruit proprio ſanguine baptizari. Eodē die, ſancti Nicææ Romatianæ ciuitatis epiſcopi, doctrina, ſanctisq́ue moribus clari. In monaſterio Cluniacenſi, ſanctæ Conſortiæ virginis.

23 Nono Kalendas Iulij. Luna. F iiij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14

t u A B C D E F F G H M N P

15 16 17 18 19 20 21 22 21 22 23 24 25 26

VIgilia ſancti Ioannis Baptiſtæ. Romę, ſancti Agrippinæ virginis, quæ ſæuiſſimè cruciata in ipſis tormentis expirauit: cuius corpus Paula & Agathonice clam ſublatum in Siciliam aſportarunt, vbi multis miraculis coruſcat. Item Romæ, ſancti Ioannis presbyteri, qui ſub Iuliano Apoſtata via Salaria veteri ante ſimula-

chrum Solis decollatus eſt: cuius corpus à beato Concordio presbytero iuxta cõcilia martyrum ſepultum eſt. Sutrij in Tuſcia, S. Felicis presbyteri, cuius os tamdiu iuſſit Turtius præfectus lapide contundi, donec emitteret ſpiritum. Philadelphiæ in Arabia, ſanctorum martyrum Zenonis, & Zenæ ſerui eius, qui catenas domini ſui vincti exoſculans, eumque rogans vt ſe in tormentis participem dignaretur habere, à militibus tentus, parem cum domino martyrij coronam accepit. In Britannia, ſanctę Ediltrudis virginis & Reginæ, quæ ſanctitate & miraculis clara migrauit ad Dominum: cuius corpus vndecim poſt annis inuentum eſt incorruptum.

G iij. Octauo Kal. Iulij. Luna. 24

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 22 23 24 25 26 27

Natiuitas S. Ioannis Baptiſtæ præcurſoris Domini, Zachariæ & Elizabeth filij, qui Spiritu ſancto repletus eſt adhuc in vtero matris ſuæ. Romæ, commemoratio ſanctorũ Martyrum, qui ſub Nerone Imperatore de Vrbis incendio per calumniam accuſati, ab eodem diuerſo mortis genere ſæuiſſimè iuſſi ſunt cædi:

quorum

quorum alij ferarum tergis contecti, laniatibus canum expoſiti ſunt: alij crucibus affixi, alijque incendio traditi, vt vbi defeciſſet dies, in vſum nocturni luminis deſeruirent. Erant hi omnes Apoſtolorum diſcipuli, & primitiæ martyrum, quas Romana Eccleſia, fertilis ager martyrum, ante Apoſtolorum necem rtanſmiſit ad Dominum. Satalis in Armenia, ſanctorum martyrum ſeptem fratrum Orentij, Herois, Pharnacij, Firmini, Firmi, Cyriaci, & Longini militum, qui à Maximiano Imperatore eo quòd Chriſtiani eſſent, cingulo militari priuati ſunt, & ab inuicem ſeparati, atque ad loca diuerſa tranſmiſſi, in doloribus & ærumnis poſiti quieuerunt in Domino. In territorio Pariſienſi, in vico Chriſtolio, paſſio ſanctorum martyrum Agoardi & Agliberti, cum aliis innumeris promiſcui ſexus. Auguſtoduni, depoſitio ſancti Simplicij epiſcopi & confeſſoris.

25 Septimo Kal. Iulij. Luna. A ij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

APud Beroęã, natalis ſancti Soſipatri diſcipuli B. Pauli Apoſtoli. Romæ, S. Luciæ

virginis & martyris, cum aliis vigintiduobus. Alexandriæ, ſancti Gallicani martyris, viri conſularis, qui triumphalibus inſulis ſublimatus, & Conſtantino Auguſto carus, à ſanctis Ioanne & Paulo ad fidē Chriſti cōuerſus eſt: qua ſuſcepta, cum ſancto Hilariano ad Oſtia Tiberina ſecedens, hoſpitalitati & infirmorum ſeruitio totum ſe dedit: cuius rei fama in toto orbe diuulgata, multi vndique illuc venientes videbant virum ex patricio & conſule lauantem pauperū pedes, ponentem menſam, aquam manibus effundentem, languentibus ſollicitè miniſtrantem, & cętera pietatis officia exhibentem. Qui poſtmodū ſub Iuliano Apoſtata inde expulſus, Alexandriam perrexit: vbi cum à Rauciano iudice ſacrificare cogeretur, & contemneret, percuſſus gladio Chriſti martyr effectus eſt. Palmyræ in Syria, ſanctarum martyrum Lybiæ & Leonidis ſororū, & Eutropiæ puellæ annorū duodecim, quæ per diuerſa tormenta ad coronā martyrij peruenerūt. Eodē die, S. Antidij epiſcopi Biſuntini & martyris, qui ob fidē Chriſti à Vuandalis occiſus eſt. Taurini, natalis S. Maximi epiſcopi & cōfeſſoris, doctrina & ſanctitate cōſpicui. Apud Rhegiū Lepidi, S. Proſperi Aquitani, eiuſdē vrbis epiſcopi, eruditione ac pietate inſignis, qui aduerſus Pelagianos pro fide catholica ſtrenuè decer-

decertauit. In Hollandia, S. Adelberti cōfessoris, discipuli S. Vuillibrordi episcopi. In territorio Gulieti prope Nuscum, sancti Guillelmi confessoris, patris eremitarum Montis Virginis.

26 Sexto Kal. Iulij. Luna. B j.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
18	19	20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29			

ROmæ in monte Cælio, sanctorum martyrum Ioannis & Pauli fratrū, quorū primus erat præpositus domus, secundus primicerius Constantiæ virginis filiæ Cōstantini Imperatoris: qui postea sub Iuliano Apostata martyrij palmam gladio cædente perceperunt. Tridenti, sancti Vigilij episcopi, qui cum reliquias idololatriç extirpare penit⁹ conaretur, ab incolis illius loci barbaris hominibus lapidum imbre percussus, pro Christi nomine martyriū impleuit. Apud Legionem Hispaniæ ciuitatem, sancti Pelagij adolescentuli, qui ob confessionem fidei, iussu Abdarameni Saracenorum regis, forcipibus ferreis membratim prçcisus, martyrium suum gloriose compleuit. Apud Valencenam, passio sanctorum Saluij episcopi Engolismēsis, & Superij. Item memoria sancti Anthelmi episcopi

scopi

ſcopi Bellicenſis. In pago Pictauienſi, ſancti Maxentij presbyteri & confeſſoris, qui miraculis claruit. Theſſalonicæ, ſancti Dauid eremitæ. Eodem die, ſanctæ Perſeuerandæ virginis.

C Quinto Kal. Iulij. Luna. 27

*

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

IN Galatia, S. Creſcentis diſcipuli B. Pauli Apoſtoli, qui in Gallias tranſitũ faciens, verbo prædicationis multos ad fidẽ Chriſti conuertit: rediens vero ad gentem, cui ſpecialiter datus erat epiſcopus, cùm Galatas ipſos vſque ad finẽ vitæ ſuę in opere Domini cõfirmaſſet, demũ ſub Traiano martyrium conſummauit. Cordubæ, ſanctorum martyrum Zoili, & aliorum decem & nouem. In Cappadocia, S. Anecti martyris, qui in perſecutione Diocletiani ſub Vrbano præſide cùm alios ad martyriũ hortatus eſſet, & oratione idola proſtraſſet, à decem militibus verberari iuſſus, manibus, pedibusq́ue præciſis, truncatus capite martyrij coronam accepit. Cõſtantinopoli, S. Sampſonis presbyteri, pauperum exceptoris. In pago Turonico, ſancti Ioannis presbyteri & confeſſoris. Varadini in Hungaria, ſancti

ſancti Ladiſlai Regis, qui clariſſimis miraculis vſque ad diem hodiernum coruſcat.

28 Quarto Kal. Iulij. Luna. D xxix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

VIgilia SS. Apoſtolorum Petri & Pauli. Romæ, S. Leonis Papæ ſecundi, qui ſancto Agathoni ſucceſſit, & de Eccleſia Dei optimè meritus, ſanctitate conſpicuus quieuit in pace. Lugduni in Gallia, S. Irenæi epiſcopi & martyris, qui, vt ſcribit ſanctus Hieronymus, B. Polycarpi Smyrnẽſis epiſcopi diſcipulus fuit, & apoſtolicorum temporum vicinus. Is cùm aduerſus hæreticos verbis ac ſcriptis plurimum decertaſſet, in perſecutione Seueri cũ omni ferè ciuitatis ſuę populo coronatus eſt glorioſo martyrio. Alexandriæ in eadem Seueri perſecutione, SS. martyrum Plutarchi, Sereni, Heraclidis catechumeni, Heronis neophyti, & alterius Sereni, Rhaidis catechumenæ, quæ per ignẽ baptiſmo ſuſcepto martyriũ compleuit; Potamiœnæ, & Marcellæ eius matris: inter quos præcipuè enituit Potamiœna virgo, quę primo immenſos innumeroſque agones pro virginitate deſudans, deinde

deinde etiam exquiſita & inaudita torměta pro fide perpeſſa, ad vltimum vna cum matre Marcella igne conſumpta eſt. Eodem die, S. Papij martyris, qui in perſecutione Diocletiani flagris cæſus, & in lebetem oleo & adipe feruenti plenum iniectus, aliaque horrěda ſupplicia perpeſſus, demũ datis ceruicibus coronatur. Traiecti, S. Benigni epiſcopi & martyris. Romæ, S. Pauli Papæ, qui Stephano ſecundo ſuffectus, ſanctis operibus clarus quieuit in Domino.

E
xxviij.

Tertio Kal. Iulij. Luna. 29

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3

ROmæ, natalis ſanctorũ Apoſtolorũ Petri & Pauli, qui eodem anno, eodemq́ue die paſſi ſunt ſub Nerone Imperatore: quorũ prior in eadě vrbe cruci affixus capite ad terrã verſo, pedibusq́ue in ſublime eleuatis, & in Vaticano iuxta viam triumphalem ſepultus, totius orbis veneratione celebratur: alter vero capite truncatus, & via Oſtienſi ſepultus, pari habetur honore. In caſtro Argentomacho, S. Marcelli martyris, qui pro fide Chriſti vna cum Anaſtaſio viro militari, capite plexus eſt. Narniæ, ſancti Caſſij eiuſdem

eiuſdem ciuitatis epiſcopi, de quo ſanctus Gregorius refert, quòd nullus pene dies vitæ eius abſcedebat, quo omnipotenti Deo hoſtias placationis nō offerret: cui & cōcordabat vita, quia cuncta quę habebat, in eleemoſynis tribuens, in hora ſacrificij totus in lacrymis diffluebat: cúq; annis ſingulis ad natalitia Apoſtolorum venire conſueuiſſet, pro munere accepit, vt eadē ipſa die celebrata Miſſa, & corpus Dominicū, pacemq; omnibus impertitus, migraret ad Dominum. In Cypro, ſanctæ Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus eſt Marcus, cuius domus Hieroſolymis fuit prima eccleſia Chriſtianorum. In territorio Senonenſi, ſanctæ Benedictæ virginis.

o Pridie Kalendas Iulij. Luna. F xxvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

COmmemoratio ſancti Pauli Apoſtoli. Lemouicis in Gallia, S. Martialis epiſcopi, cū duobus presbyteris Alpiniano & Auſtricliniano, quorum vita miraculorum ſignis admodum effulſit. Ipſo die, ſanctorū Corſici presbyteri, & Leonis ſubdiaconi. Alexandriæ, paſſio S. Baſilidis ſub Seuero Imperatore, qui cum ad ſuppli-

ſupplicium ſanctam Potamiœnã virginem duceret, eamque ab impudicorum petulantia tutaretur, huius religioſi officij mercedem ab ea recepit: nam apparens ei poſt triduum, & ipſius capiti coronam imponens, non ſolum conuertit ad Chriſtum, ſed etiam breui agone certantem, ſuis precibus martyrem glorioſum effecit. Romæ, ſanctæ Lucinę Apoſtolorum diſcipulæ, quæ de facultatibus ſuis ſanctorum neceſſitatibus communicabat, Chriſtianos in carcere viſitabat, ac martyrũ ſepulturæ inſeruiebat, iuxta quos & ipſa in crypta à ſe conſtructa ſepulta eſt. In territorio Viuarienſi, ſancti Oſtiani presbyteri & confeſſoris.

G Kalendis Iulij. Luna. I

xxvj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
23	24	25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5			

CTAVA ſancti Ioannis Baptiſtæ. In monte Hor, depoſitio S. Aaron primi ſacerdotis ordinis Leuitici. Sinueſſæ, ſanctorum epiſcoporum Caſti & Secundini, qui cùm Campaniæ oras verbi prædicatione conuertiſſent ad Chriſtum, multis

multis tormentis probati, coronã martyrij perceperunt. In Britannia, ſanctorum martyrum Iulij & Aaron, qui in perſecutione Diocletiani paſſi ſunt: quo tempore ibidem quàm plurimi diuerſis cruciatibus torti, & ſæuiſſimè lacerati, animas ad ſupernę ciuitatis gaudia cõſummato agone miſerunt. Machliniæ, paſſio ſancti Rumoldi martyris, Scotorũ Regis filij, & epiſcopi Dublinenſis. Aruernis, ſancti Galli epiſcopi, qui immenſis miraculis coruſcauit. In territorio Lugdunenſi, depoſitio S. Domitiani abbatis, qui primus illic eremiticam vitã exercuit, & cũ plurimos ibi in Dei ſeruitio cõgregaſſet, magnis virtutibus & glorioſis miraculis valde clarus, collectus eſt ad patres in ſenectute bona. In territorio Rhemẽſi, S. Theodorici presbyteri & cõfeſſoris, diſcipuli B. Remigij epiſcopi. Engoliſmæ, S. Eparchij abbatis, miraculorũ gloria clari. Apud Emeſam, S. Symeonis cõfeſſoris, qui vt eſſet ſapiens, voluit videri ſtultus: ſed altam eius ſapientiam Deus magnis miraculis declarauit.

2 Sexto Nonas Iulij. Luna. A xxv.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	25
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
24	25	26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6				

N Viſitatio

VIsitatio gloriosæ virginis Dei genitricis Mariæ ad Elizabeth. Romæ via Aurelia, natalis sanctorum martyrum Processi & Martiniani, qui à beato Petro Apostolo in custodia Mamertini baptizati, sub Nerone, oris contusionem, equuleos, neruos, fustes, flammas, scorpionesque perpessi, nouissimè gladio cæsi, martyrio coronati sunt. Item Romę, sanctorũ trium militum, qui in martyrio sancti Pauli Apostoli ad Christum conuersi, eiusdem postea coronæ participes fieri meruerunt. Eadem die, sanctorũ martyrũ Aristonis, Crescentiani, Eutychiani, Vrbani, Vitalis, Iusti, Felicissimi, Felicis, Marciæ, & Symphorosæ, qui omnes apud Campaniam, cũ Diocletiani Imperatoris persecutio desæuiret, martyrio coronati sunt. Vuintoniæ in Anglia, S. Suuiberti episcopi, cuius sanctitas gratia miraculorũ effulsit. Bambergæ, sancti Othonis episcopi, qui Pomeranis Euangelium prædicãs, eosdem conuertit ad fidem. Turonis, sanctæ Monegundis religiosæ feminæ.

B
xxiiij. Quinto Nonas Iulij. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

Alexan-

ALexandriæ, ſanctorũ martyrum Tryphonis, & aliorum duodecim. Conſtantinopoli, ſanctorum Eulogij, & ſociorũ martyrum. Cluſij in Etruria, ſanctorum martyrum Irenæi diaconi, & Muſtiolæ matronæ, qui ſub Aureliano Imperatore diuerſis atrocibusque ſuppliciis cruciati, coronam martyrij meruerunt. Cæſareæ in Cappadocia, S. Hyacinthi cubicularij Traiani Imperatoris, qui accuſatus quòd Chriſtianus eſſet, plagis variè excruciatus, & in carcerem truſus, ibi conſumptus fame expirauit. Eodem die, ſanctorũ martyrum Marci & Muciani, qui pro Chriſto gladio cęſi ſunt: quos cum puer paruulus ne immolarent idolis, alta voce moneret, & illi renuerẽt, verberibus cædi iuſſus eſt: cumque vehementius Chriſtum confiteretur, vna cum Paulo martyres exhortante necatus eſt. Laodiceæ in Syria, ſancti Anatolij epiſcopi, qui non ſolum religioſis viris, ſed & philoſophis admiranda ſcripta reliquit. Altini, ſancti Heliodori epiſcopi, doctrina & ſanctitate inſignis. Edeſſæ in Meſopotamia, tranſlatio ſancti Thomæ Apoſtoli, cum eius corpus ex Indis allatum fuit, vbi multis miraculis coruſcauit.

C Quarto Nonas Iulij. Luna. 4

xxiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8

OSee & Aggęi Prophetarum. In Africa, natalis ſancti Iucundiani martyris, qui pro Chriſto in mare demerſus fuit. In territorio Bituricenſi, ſancti Lauriani martyris. Sirmij, ſanctorum martyrum Innocentij & Sebaſtiæ, cum aliis triginta. Cyrene in Libya, ſancti Theodori epiſcopi, qui in perſecutione Diocletiani ſub Digniano præſide plumbatis cæſus, & lingua abſciſſa, in pace tandẽ cõfeſſor occubuit. Madauri in Africa, ſancti Namphanionis martyris, & ſociorum eius, quos verbo & exemplo roborauit ad pugnam, & ad coronam prouexit. Eodem die, natalis ſanctorum Flauiani ſecundi epiſcopi Antiocheni, & Eliæ epiſcopi Hieroſolymorum, qui pro ſynodo Chalcedonẽſi ab Anaſtaſio Imperatore in exilium acti, defuncto tyranno, atque expleto certamine, vocante Deo victores migrarunt ad Dominum. Auguſtæ in Rhetia, ſancti Vldarici epiſcopi, miræ abſtinentiæ, largitatis & vigilantiæ, ac miraculorum gratia illuſtris. Romæ, ſanctæ Romulæ virginis, ad cuius obitum

obitum Sanctorum choros adfuiſſe beatus Gregorius Papa ſcribit.

5 Tertio Nonas Iulij. Luna. D xxij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
t u A B C D E F F G H M N P
27 28 29 30 1 2 3 4 4 5 6 7 8 9

ROmæ, ſanctæ Zoæ martyris, vxoris beati Nicoſtrati martyris, quæ dum ad confeſſionẽ beati Petri oraret, ſub Diocletiano Imp. à perſecutoribus arctata, & in cuſtodiã obſcuriſſimã truſa, deinde collo & capillis in arbore ſuſpẽſa, adhibito ſubter horribili fumo, in cõfeſſione Dñi emiſit ſpiritum. In Syria, natalis S. Domitij martyris, qui virtutibus ſuis multa incolis præſtat beneficia. Cyrene in̄ Libya, S. Cyrillæ, quæ in perſecutione Diocletiani ardẽtes carbones cũ thure ſuper manum poſitos diu tenuit, ne excutiendo prunas, thus obtuliſſe videretur: deinde laniata, ac ſuo ſanguine purpurata obuiã ſponſo proceſſit. Hieroſolymis, S. Athanaſij diaconi, qui pro ſancta ſynodo Chalcedonenſi ab hæreticis comprehenſus, & omnium cruciatuum genera expertus, ferro tandẽ occiſus, pro fide catholica mortuus eſt. In Sicilia, SS. martyrũ Agathonis & Triphinæ. Tomis in Scythia, ſanctorum marty-

rum Marini, Theodoti, & Sedophæ. Treuiris, ſancti Numeriani epiſcopi, & confeſſoris.

E Pridie Nonas Iulij. Luna. 6
xxj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
28	29	30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10			

OCtaua ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli. In Iudæa, Eſaiæ prophetæ, qui ſub Manaſſe Rege ſectus in duas partes occubuit, ſepultusq́ue eſt ſub quercu Rogel iuxta tranſitum aquarum. Romæ, natalis S. Tranquillini martyris, patris ſanctorū Marci & Marcelliani, qui ad prædicationem ſancti Sebaſtiani martyris credens in Chriſtum, & à beato Polycarpo presbytero baptizatus, cum ad confeſſionē beati Pauli die octauarum Apoſtolorum oraret, à paganis tentus & lapidatus martyrium conſummauit. Feſulis in Tuſcia, ſancti Romuli epiſcopi & martyris, diſcipuli B. Petri Apoſtoli, qui ab eodem miſſus ad prędicandum Euangelium, cùm multis Italiæ locis Chriſtū annuntiaſſet, rediens Feſulas, ſub Domitiano principe martyrium conſummauit. In Campania, ſanctæ Dominicæ virginis & martyris, quæ ſub Diocletiano Imperatore cum fregiſſet idola, ad beſtias damnata,

ſed

ſed ab illis nil læſa, demum capite obtruncata migrauit ad Dominũ. Eadem die, natalis ſancti Luciæ, & ſociorũ eius: quæ natione Campana, à Rixio vicario tenta, & acriter cruciata, eũdem conuertit ad Christum: quibus adiuncti ſunt Antoninus, Seuerinus, Diodorus, Dion, & alij decem & ſeptem, qui ſicut in paſſione collegæ, ita in corona fuêre cõſortes. In pago Treuirenſi, ſancti Goaris presbyteri & confeſſoris.

7 Nonis Iulij. Luna. F xx.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

ROmæ, ſanctorũ martyrum Claudij commentarienſis, Nicoſtrati primiſcrinij, Caſtorij, Victorini, & Symphoriani, quos S. Sebaſtianus ad fidem Chriſti perduxit, & beatus Polycarpus presbyter baptizauit. Eoſdem in perquirendis ſanctorum martyrum corporibus occupatos Fabianus iudex comprehendi iuſſit, & per decẽ dies minis & blanditijs exagitans, cum in nullo penitus poſſet commouere, iuſſit tertio torqueri, ac poſtea in mare præcipites dari. Dyrrachij in Macedonia, ſanctorum martyrũ Peregrini, Luciani, Pompeij, Heſychij, Papij, Saturnini,

nini, & Germani, qui natione Itali, cũ in persecutione Traiani ad eam vrbem confugiſſent, & ſanctum Aſtium epiſcopum ibi pro fide Chriſti in cruce pendentem vidiſſent, Chriſtianos ſe eſſe palam confitentes, tenti ſunt, atque in mare demerſi. Alexandriæ, natalis ſancti Pantęni, viri apoſtolici, & omni ſapientia adornati: cui tantum ſtudij & amoris erga verbum Dei fuit, vt etiã ad prædicandum Chriſti Euangelium gentibus, quæ in Orientis vltimis receſſibus reconduntur, fidei & deuotionis calore ſuccenſus proficiſceretur, atque in Indiam quoque rogatus ab illius gentis legatis, à Demetrio epiſcopo Alexandrino mitteretur: qui demum Alexandriam reuerſus, ſub Antonino Caracalla in pace quieuit. Brixiæ, ſancti Apollonij epiſcopi & confeſſoris. In Saxonia, ſancti Vuilibaldi primi Bremenſis epiſcopi, qui vna cum ſancto Bonifacio laborans in Euangelio, multas gentes conuertit ad Chriſtum. Aruernis, ſancti Illidij epiſcopi. In Anglia, ſancti Heddæ epiſcopi Saxonum occidentalium. Ibidem, ſanctæ Edilburgæ virginis, Anglorum Regis filiæ.

Octauo

B **Octauo Idus Iulij. Luna.** G xix.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
t u A B C D E F F G H M N P
30 1 2 3 4 5 6 7 7 8 9 10 11 12

IN Aſia minori, ſanctorũ Aquilæ & Priſcillæ vxoris eius, de quibus in Actibus Apoſtolorum ſcribitur. Cæſareæ in Palæſtina, ſancti Procopij martyris, qui ſub Diocletiano Imperatore ab Scythopoli ductus Cæſaream, ad primam reſponſionum eius confidentiam ab irato iudice Fabiano capite cęſus eſt. In Portu Romano, ſanctorũ quinquaginta Militũ martyrũ, qui in confeſſione S. Bonoſæ ad fidẽ adducti, & à B. Felice Papa baptizati, in perſecutione Aureliani occiſi ſunt. Conſtantinopoli, paſſio ſanctorum monachorũ Abrahamitarum, qui ob cultũ ſanctarum imaginum reſiſtentes Theophilo Imperatori, martyrium conſummarunt. Herbipoli in Germania, ſancti Chyliani epiſcopi, qui à Conone Romano Pontifice ad prædicandũ Euangelium miſſus, cũ multos ad Chriſtum perduxiſſet, vna cum ſociis Colomanno presbytero, & Iornano diacono trucidatus eſt. Mediolani, ſancti Ampeli epiſcopi & confeſſoris. Treuiris, ſancti Auſpicij epiſcopi & confeſſoris.

A xviij. Septimo Idus Iulij. Luna. 9

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30
t u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

ROmæ ad Guttam iugiter manantem, natalis ſanctorum martyrum Zenonis,& aliorum decem millium ducentorũ trium. Item Romæ,ſanctorum martyrum Digniſſimi,Gordiani,& ſociorum,qui ſæuitia ſchiſmaticorum, eo quòd ſancto Symmacho Papæ toties comprobato adhærerent, vnà cum ſacratis Deo virginibus cæſi ſunt. Gortinæ in Creta , S.Cyrilli epiſcopi , qui in perſecutione Decij ſub Lucio præſide flammis iniectus,cùm incenſis vinculis illæſus euaſiſſet,ac ſtupore tãti miraculi à iudice eſſet dimiſſus,rurſum pro inſtanti & alacri fidei prædicatione facta de Chriſto, ab eodem capite plexus eſt. In ciuitate Thora apud lacum Velinum,paſſio ſanctorum Anatolię & Audacis ſub Decio Imperatore : quorum Anatolia Chriſti virgo diuerſis pœnarum generibus vexata, cum ab immiſſo ſerpente liberata Audacem conuertiſſet ad fidẽ, nouiſſimè extenſis manibus orans gladio tranſuerberata eſt : Audax quoque in cuſtodiam datus , ſine mora capitali ſententia coronatur.

ronatur. Alexandrię, ſanctorum martyrum Patermuthij, Copretis, & Alexandri, qui ſub Iuliano Apoſtata cæſi ſunt. Martulæ, ſancti Brictij epiſcopi, qui ſub Marciano iudice multa paſſus, cùm magnam populi multitudinẽ ad Chriſtum conuertiſſet, confeſſor in pace quieuit.

10 Sexto Idus Iulij. Luna. B xvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
2	3	4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14

ROmę, ſanctorum ſeptem fratrum martyrum filiorum ſanctæ Felicitatis, id eſt, Ianuarij, Felicis, Philippi, Siluani, Alexandri, Vitalis, & Martialis, tempore Antonini Pij Imperatoris, ſub præfecto Vrbis Publio: ex quibus Ianuarius poſt verbera virgarũ, & carceris macerationem, plumbatis occiſus: Felix & Philippus fuſtibus mactati: Siluanus præcipitio interemptus: Alexander, Vitalis, & Martialis capitali ſententia puniti ſunt. Ibidem, ſanctarum virginum & martyrũ Ruffinæ & Secundæ ſororũ, quę in perſecutione Valeriani & Gallieni tormentis ſubactæ, in quibus altera alteri ſociari cõtendebat, ad vltimum in Tiberim proiectę, & ab angelo liberatæ, ceruicibus abſciſſis migrarunt

runt in cælum: quarum corpora in baſilica Lateranenſi prope Baptiſterium debito honore venerantur. In Africa, ſanctorũ martyrũ Ianuarij, Marini, Naboris, & Felicis decollatorum. Nicopoli in Armenia, ſanctorum martyrum Leontij, Mauritij, Danielis, & ſociorum, qui ſub Licinio Imperatore, & Lyſia præſide, variè excruciati, in ignem iniecti ſunt. In Piſidia, ſanctorum martyrum Bianoris & Siluani, qui ſæuiſſima pro Chriſti nomine paſſi, demũ capite truncati ſunt. Iconij, ſancti Apollonij martyris, qui per crucem egregium martyrium conſummauit. Gandaui, ſanctæ Amelbergæ virginis.

C
xvj.

Quinto Idus Iulij. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

ROmę, beati Pij Papę & martyris, qui poſt ſanctũ Hyginum Eccleſiam gubernauit, pro qua in perſecutione Antonini martyrio coronatus eſt. Nicopoli in Armenia, natalis ſanctorũ martyrũ Ianuarij & Pelagiæ, qui equuleo, vngulis, & teſtarũ fragmentis diebus quattuor cruciati, martyrium impleuerunt. In territorio Senonẽſi, ſancti Sidronij martyris. Iconij, ſancti Marciani

Marciani martyris, qui ſub Perennio pręſide per multa tormenta peruenit ad palmam. Sidæ in Pamphylia, ſancti Cindei presbyteri, qui ſub Diocletiano Imperatore, & Stratonico præſide, poſt multa tormenta in ignem iniectus, & nil læſus, poſtea in oratione reddidit ſpiritum. Bergomi, ſancti Ioannis epiſcopi, qui ob tuendam catholicā fidē, ab Arianis occiſus eſt. Cordubæ, ſancti Abundij presbyteri, qui aduerſus Mahometis ſectam prędicans, martyrio coronatus eſt. Rauennæ, ſancti Dathi epiſcopi & confeſſoris. In territorio Pictauienſi, ſancti Sabini confeſſoris. Hierapoli, ſanctæ Colinducis, quæ multis miraculis coruſcauit.

12 Quarto Idus Iulij. Luna. D xv.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
4	5	6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16			

MEdiolani, ſanctorū martyrum Naboris & Felicis, qui in perſecutione Maximiani paſſi ſunt. In Cypro, B. Iaſonis antiqui Chriſti diſcipuli. Aquileiæ, natalis ſancti Hermagoræ, diſcipuli ſancti Marci Euāgeliſtæ, & primi eiuſdem ciuitatis epiſcopi: qui inter miracula ſanitatum, & prædicationis inſtantiā, ac populorum conuer-

conuerſionē, plurima pœnarũ genera expertus, tandē vna cum fortunato diacono ſuo capitali ſupplicio perpetuũ meruit triumphum. Lucæ in Tuſcia, B. Paulini, qui à S. Petro primus eiuſdem ciuitatis epiſcopus ordinatus, ſub Nerone ad radices montis Piſani poſt multos agones martyrium ſuũ cum aliis ſociis conſummauit. Eodem die, paſſio SS. Proculi & Hilarij, qui ſub Traiano Imperatore & Maximo præſide per acerbiſſima tormenta ad palmã martyrij peruenerunt. Apud Sallentinos, S. Epiphanæ, quæ ſub Diocletiano Imperatore, & Tertyllo præſide vberibus præciſis Deo ſpiritũ reddidit. Toleti, ſanctæ Marcianę virginis & martyris, quę Dei ope à lenone atque leone etiã liberata, demũ diſcerpta à tauro, martyrij coronã adepta eſt. Bononiæ, ſancti Paterniani epiſcopi & cõfeſſoris. In monaſterio Paſſiniano prope Florentiam, S. Ioannis Gualberti abbatis, inſtitutoris ordinis Vallis vmbroſæ.

E xiiij.

Tertio Idus Iulij. Luna. 13

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

ROmæ, ſancti Anacleti Papæ & martyris, qui poſt ſanctum Clementem Eccleſiam regens,

regens, eandem glorioſo martyrio decorauit. Eodem die, ſanctorum Ioëlis & Eſdræ prophetarum. In Macedonia, beati Silæ, qui cum eſſet vnus de primis fratribus, & ab Apoſtolis ad eccleſias gentium vna cum Paulo & Barnaba deſtinatus, prædicationis officium gratia Dei plenus inſtanter conſummauit, atque in paſſionibus ſuis Chriſtum clarificans, poſtmodum requieuit. Item, ſancti Serapionis, qui ſub Seuero Imperatore, & Aquila præſide per ignem peruenit ad coronam martyrij. In inſula Chio, ſanctæ Myropis martyris, quæ ſub Decio Imperatore, & Numeriano pręſide vectibus contuſa migrauit ad Dominum. In Africa, ſanctorũ confeſſorum Eugenij Carthaginienſis epiſcopi, fide ac virtutibus glorioſi, & vniuerſi cleri eiuſdem eccleſiæ, qui fere quingenti, vel eo amplius, in perſecutione Vuandalica ſub Hunnerico rege Ariano cæde inediaq́ue macerati (inter quos plurimi erant lectores infantuli) gaudentes in Domino procul exilio crudeli truſi ſunt. Erant etiã in eis nobiliſſimi archidiaconus nomine Salutaris, & Muritta ſecundus in officio miniſtrorum, qui tertio cõfeſſores effecti, glorioſæ in Chriſto perſeuerantiæ titulo illuſtrati ſunt. In Britannia minori, ſancti Turiani epiſcopi & confeſſoris, miræ ſimplicitatis & innocentiæ viri.

Pridie

F xiij. Pridie Idus Iulij. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18

LVgduni, depoſitio S. Bonauenturę epiſcopi, Cardinalis Albani, ordinis Minorum, doctrina & vitæ ſanctitate celebris. Romæ, ſancti Iuſti militis ſub Claudio tribuno, qui apparente ſibi diuinitus cruce credidit in Chriſtū, & mox baptizatus omnia ſua pauperibus erogauit: tentus deinde à Magnetio præfecto, verberari neruis, galea ignita contegi, & in rogum immitti iuſſus, nec in capillo quidem læſus, in confeſſione Domini reddidit ſpiritum. Synope in Ponto, S. Phocæ martyris, eiuſdem ciuitatis epiſcopi, qui ſub Traiano Imperatore carcerem, vincula, ferrum, ignemq́; pro Chriſto ſuperans, ad prœmia euolauit in cœlum. Alexandriæ, ſancti Heraclæ Antiſtitis, ob cuius celeberrimam opinionem memorat ſe Africanus hiſtoriographus Alexandriā ad eum viſendum properaſſe. Carthagine, S. Cyri epiſcopi, in cuius feſtiuitate ſanctus Auguſtinus de eo ſermonē ad populum habuit. Nouocomi, S. Felicis primi eiuſdē ciuitatis epiſcopi. Brixiæ, ſancti Optatiani epiſcopi & con-

& confessoris. Dauentrię in Belgis, S. Marcellini presbyteri & confessoris.

15 Idibus Iulij. Luna. G xij.

a b c d e f g h i k l m n p q r s
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

IN Portu Romano, natalis sanctorum martyrũ Eutropij, Zosimæ, & Bonosæ sororum. Carthagine, sanctorum martyrum Catulini diaconi, Ianuarij, Florentij, Iulię, & Iustæ, qui positi sunt in basilica Fausti. Alexandriæ, sanctorum martyrum Philippi, Zenonis, Narsei, & decem infantum. In insula Tenedo, sancti Abudemij martyris, qui sub Diocletiano passus est. Sebastæ, S. Antiochi medici, qui sub Hadriano præside capite obtruncatus est: cũq; lac pro sanguine manaret, Cyriacus carnifex conuersus, & ipse martyrium subiit. Papiæ, sancti Felicis episcopi & martyris. Nisibi, sancti Iacobi eiusdem vrbis episcopi, magnæ sanctitatis viri. Hic miraculis & eruditione clarus, vnus fuit ex numero cõfessorum sub persecutione Maximini, & eorũ qui in Nicęna synodo peruersitatem Arij homousij oppositione damnarũt: cuius, & Alexandri episcopi oratione Arius cõdignam suæ iniquitatis

mercedem effusis visceribus Constantinopoli recepit. Neapoli in Campania, sancti Athanasij eiusdem ciuitatis episcopi, qui ab impio nepote Sergio grauia passus, ac sede pulsus, Verulis confectus ærumnis migrauit in cœlum tempore Caroli Calui.

A xj. Decimoseptimo Kal. Augusti. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20

ANtiochiæ in Syria, natalis B. Eustachij episcopi & confessoris, doctrina & sanctitate celebris, qui sub Constantio Imperatore ob catholicæ fidei defensionem oppressus Arianorum calumniis, Traianopolim Thraciæ pulsus exilio, ibidem in Domino requieuit. Eodem die, S. Hilarini monachi, qui vna cum sancto Donato in persecutione Iuliani comprehensus, cum nollet sacrificare, fustibus cęsus Aretij in Tuscia martyrium sumpsit, eiusq; ossa in Ostia ciuitate tumulata seruantur. Treuiris, sancti Valentini episcopi & martyris. Cordubæ in Hispania, sancti Sisenandi leuitæ & martyris, qui in persecutione Arabica passus est. Santis in Gallia, sanctorum martyrũ Raineldis virginis & sociorum eius,

eius, qui ab Hunnis pro fide Christi cæsi sunt. Eodẽ die, S. Fausti martyris, qui sub Decio cruci affixus, quinque diebus in ea vixit, ac demum sagittis confossus migrauit in cœlum. Bergomi, S. Domnionis martyris. Romæ, sanctæ Marcellinæ virginis, sororis S. Ambrosij episcopi, quæ Deo dicata, in basilica S. Petri à Liberio Papa velum consecrationis accepit, quod sanctis virtutibus exornauit.

7 Decimosexto Kal. Augusti. Luna. B x.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

ROmæ, S. Alexij confessoris, filij Euphemiani senatoris, qui prima nocte nuptiarum intacta sponsa domo sua abscedens, ac post longam peregrinationẽ ad Vrbem rediens, noua mundum arte delusit, decem & septem annos tamquam egenus in domo paterna receptus hospitio, incognitus manens: sed post obitum & voce per Vrbis ecclesias audita, & scripto suo agnitus, Innocentio primo Pontifice maximo ad ecclesiam S. Bonifacij summo honore delatus est, vbi multis miraculis claruit. Carthagine, natalis sanctorũ martyrum Scillitanorũ, Sperati,

Nartali, Cythini, Beturij, Felicis, Aquilini, Letatij, Ianuariæ, Generoſæ, Beſſiæ, Donatæ, & Secundæ: qui iuſſu Saturnini præfecti poſt primã Chriſti confeſſionem in carcerem miſſi, & in ligno confixi, deinde gladio decollati ſunt. Sebaſtæ in Armenia, S. Athenogenis epiſcopi, & decẽ diſcipulorũ, qui flagellis cęſi capite truncati ſunt. Amaſtride in Paphlagonia, S. Hyacinthi martyris, qui ſub Caſtritio præſide multa paſſus quieuit in carcere. Cõſtantinopoli, S. Theodotæ martyris, quæ pro cultu ſanctarum imaginum ab impio Leone Iconoclaſta gladio cæſa eſt. Romæ, S. Leonis Papæ quarti, qui poſt Sergium ſecundum Eccleſiæ præfuit, multiſque præclarè geſtis, ſanctitate clarus migrauit ad Dominum. Papię, S. Euodij epiſcopi & confeſſoris. Antiſiodori, S. Theodoſij epiſcopi & confeſſoris. In Piceno, ſanctæ Philumenæ virginis Septempedanæ. Patauij, ſanctæ Marinæ virginis.

C ix. Decimoquinto Kal. Auguſti. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

TIbure, S. Symphoroſæ vxoris S. Getulij martyris, cum ſeptẽ filijs ſuis, Creſcente, Iuliano,

Iuliano, Nemesio, Primitiuo, Iustino, Stacteo, & Eugenio: quorum mater sub Hadriano principe ob insuperabilem constantiam palmis diu cæsa, deinde crinibus suspensa, nouissimè saxo alligata in flumen præcipitata est: Filij autem stipitibus ad trochleas extensi, diuerso mortis exitu martyriũ compleuerunt. Eorum corpora multo ante Romã translata, Pio quarto summo Pontifice in Diaconia S. Angeli in Piscina inuenta fuerũt. Carthagine, sanctæ Guddenis virginis, quæ iussu Ruffini proconsulis ob Christi confessionẽ quater diuersis temporibus equulei extensione vexata, & vngularum horrenda laceratione cruciata, carceris squallore diu afflicta, nouissimè gladio cæsa est. Dorostori in Mysia, S. Æmiliani martyris, qui tempore Iuliani Apostatæ sub Capitolino præside in fornacem iniectus, martyrij palmam accepit. Traiecti, S. Friderici episcopi & martyris. Mediolani, S. Materni episcopi & confessoris, qui sub Maximiano Imperatore pro fide Christi, & pro ecclesia sibi commissa in carcerem detrusus, & sępe verberibus cæsus, tandem multis confessionibus clarus obdormiuit in Domino. Brixiæ, natalis sancti Philastrij eiusdẽ ciuitatis episcopi, qui aduersus hæreticos, præsertim Arianos, à quibus multa passus est, plurimum verbis scriptisque pugnauit,

uit, demum clarus miraculis confessor in pace quieuit. Metis in Gallia, S. Arnulphi episcopi, qui sanctitate & miraculorum gratia illustris, eremiticam vitam ducens beato fine quieuit. Signiæ, S.Brunonis episcopi, eruditione & sanctitate conspicui.

D viij. Decimoquarto Kal. Augusti. Luna. 19

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
11	12	13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23			

NAtalis S.Epaphræ, quem S. Paulus concaptiuum appellat, quique ab eo Colossis episcopus ordinatus, clarus virtutibus ibidem martyrij palmam pro ouibus sibi commendatis virili agone percepit. Hispali in Hispania, passio sanctarũ virginum Iustæ & Ruffinæ, quæ à præside Diogeniano comprehensæ, primò equulei extensione, & vngularũ laniatione vexatæ, pòst carcere, inedia, & variis torsionibus afflictę, tandem Iusta in carcere spiritum exhalauit, Ruffinę verò in cõfessione Domini ceruix confracta est. Cordubæ, sanctæ Aureæ virginis, quæ aliquãdo lapsa, sed facti pœnitens, iterato certamine hostem effuso sanguine superauit. Treuiris, sancti Martini episcopi & martyris. Romæ, S.Symmachi

machi Papæ, qui Anaſtaſio ſecundo ſuccedens, ſchiſmaticorum factione diutius fatigatus, demum ſanctitate cōſpicuus quieuit in Domino. Apud Scetim Ægypti montem, ſancti Arſenij Romanæ Eccleſiæ diaconi, qui Romanus genere, ob inſignem doctrinam, & morum probitatem, ad erudiendos Cæſares accerſitus à Theodoſio, eo munere magna cū laude functus, abdicato ſæculo ſeceſſit in ſolitudinē, vbi virtutibus omnibus cōſummatus, & iugi lacrymarū imbre perfuſus, ſpiritum Deo reddidit. In Cappadocia, S. Macrinæ virginis, ſororis S. Baſilij magni, & Gregorij Nyſſeni, quę corpore & ſpiritu integra, ſanctitate & virtute miraculorum fuit inſignis.

o Decimotertio Kal. Auguſti. Luna. E vij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

ANtiochiæ Piſidiæ, paſſio ſanctæ Margaritæ virginis, quæ & Marina ab aliis dicitur. Hæc Edeſij inſignis idolorum ſacerdotis filia, in perſecutione Diocletiani ſub Olybrio pręſide variis excruciata tormentis, demū ſecuri percuſſa martyrij coronā accepit. In Iudæa, ſancti Eliæ Thesbitæ prophetæ. Eodem die, natalis

beati Ioſeph, qui cognominatus eſt Iuſtus, quem Apoſtoli cũ beato Matthia ſtatuerunt, vt locum Apoſtolatus Iudæ proditoris impleret: ſed cum ſors cecidiſſet ſuper Matthiam, ipſe nihilominus prędicationis & ſanctitatis officio inſeruiẽs, multamq́; pro fide Chriſti à Iudæis perſecutionem ſuſtinens, victorioſo fine in Iudæa quieuit: de quo etiam refertur, quòd venenum biberit, & nihil ex hoc triſte propter Domini fidem pertulerit. Damaſci, ſanctorũ martyrum Sabini, Iuliani, Maximi, Macrobij, Caſſiæ, & Paulæ, cum aliis decem. Cordubæ, ſancti Pauli diaconi & martyris, qui cũ ſeuitię ac Mahometicę impietatis argueret infideles principes, eorum iuſſu necatus, ad præmia euolauit in cœlum. In Luſitania, ſanctę Vuilgefortis virginis & martyris, quæ pro Chriſtiana fide ac pudicitia decertans, in cruce meruit feliciter conſummare martyrium. In pago Bolonienſi in Gallia, ſancti Vulmari abbatis miraculis clari. Treuiris, ſanctæ Seueræ virginis.

F vj. Duodecimo Kal. Auguſti. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

t	u	A	B	C	D	E	F	f	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

Romæ,

ROmæ, S.Praxedis virginis, quæ in omni castitate & lege diuina erudita, vigiliis, orationibus, atque ieiuniis assiduè vacans, & passionibus sanctorũ, quorum ipsa sanguinem spongia colligebat, communicans, quieuit in Christo, sepultaque est iuxta sororem suam Potentianam via Salaria. Babylone, S. Danielis prophetæ. Carthagine, sanctorum Sperati & sociorum, qui pro fide Christi gladio cæsi sunt. Massiliæ, natalis sancti Victoris, qui cum esset miles, & nec militare, nec idolis sacrificare vellet, primo in carcerem trusus, ibique ab angelo visitatus, deinde variis cruciatibus punitus, nouissimè cõtritus in mola pistoria martyriũ consummauit. Passi sunt autem cum eo & tres milites, Alexander, Felicianus, & Longinus. Trecis, sanctæ Iuliæ virginis & martyris. Ibidem, passio sanctorum Claudij, Iusti, Iocundini, & sociorum quinque sub Aureliano Imperatore. Comanæ in Armenia, S.Zotici martyris, qui sub Seuero coronatus est. Cordubæ, sancti Feliciani martyris. Argentinæ, sancti Arbogasti episcopi miraculis clari. In Siria, sancti Ioannis monachi, collegæ sancti Symeonis.

G Vndecimo Kal. Augusti. Luna. 22
v.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

MAſſiliæ, S. Mariæ Magdalenæ, de qua Dominus eiecit ſeptẽ dæmonia, & quæ ipſum Saluatorem à mortuis reſurgentẽ prima videre meruit. Philippis, ſanctę Syntyches, cuius beatus Paulus Apoſtolus meminit. Ancyræ in Galatia, natalis S. Platonis martyris, qui ſub vicario Agrippino cęſus verberibus, igne diu cruciatus, vncis ferreis laniatus, & ad eadem tormenta ſæpius repetitus, demum trũcatus capite martyrij coronã accepit: cuius miracula, & præclara geſta in ſubueniẽdis captiuis, acta Nicænæ ſynodi ſecũdæ teſtantur. In Cypro, S. Theophili prætoris, qui tentus ab Arabis, cũ nec donis nec minis flecti poſſet, vt Chriſtũ negaret, capite cæſus eſt. Antiochiæ, S. Cyrilli epiſcopi, doctrina & ſanctitate cõſpicui. In territorio Aruernenſi, S. Menelei abbatis. In Blandinio monaſterio, S. Vuandregiſili abbatis, miraculis clari. Scythopoli in Paleſtina, S. Ioſeph comitis, qui ex Iudæo Chriſtianus effectus, zelo catholicæ diſciplinæ atque miraculis coruſcauit.

Decimo

23 Decimo Kal. Augusti. Luna. A iiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
15	16	17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27			

RAuennæ, S. Apollinaris epiſcopi, qui ab Apoſtolo Petro Romæ ordinatus, & Rauennam miſſus, cum per Æmiliam Euangelium prædicaſſet, & plurimos ab idolorũ cultu reuocaſſet, poſtea pro fide Chriſti diuerſas & multiplices pœnas perpeſſus, tandem ſub Veſpaſiano Cæſare glorioſum martyriũ conſummauit. Romæ, ſancti Raſyphi martyris. Item ſanctorum martyrum Apollonij & Eugenij. Item Romæ, paſſio ſanctæ Primitiuæ virginis & martyris. Eodem die, natalis ſanctorum martyrum Trophimi & Theophili, qui ſub Diocletiano Imperatore lapidibus cæſi, & igne incenſi, demũ gladio percuſſi, martyrio coronantur; In Bulgaria, ſanctorum plurimorum martyrum, quos Nicephorus impius Imperator eccleſias Dei deuaſtans, diuerſo mortis genere, enſe, laqueo, ſagittis, diutino carcere, & fame necari fecit. Cenomanis in Gallia, S. Liborij epiſcopi & confeſſoris. Romæ, ſanctæ Brigittæ viduæ, quæ poſt multas ſanctorum locorum peregrinationes,

diuino

diuino afflata ſpiritu, ibidem ſanctitate clara deceſſit è vita: cuius corpus poſtea in Suetiam tranſlatum fuit.

B iij. Nono Kalendas Auguſti. Luna. 2.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
16	17	18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28			

VIgilia S. Iacobi Apoſtoli. Tyri in Tuſcia apud lacum Vulſinum, ſanctæ Chriſtinæ virginis & martyris, quæ in Chriſtum credens, cum patris idola aurea & argentea cõminuiſſet, & pauperibus erogaſſet, eius iuſſu verberibus dilaniata, aliiſque ſuppliciis diriſſimè cruciata eſt: deinde ſub alio iudice acerbiora tormenta conſtanter perferens, nouiſſimè à Iuliano præſide in fornacem iniecta, & ab igne nil læſa, venenatis ſerpentibus tradita eſt: quibus etiam diuina virtute ſuperatis, abſciſſione linguæ, & ſagittarum infixione martyrij curſum compleuit anno ætatis ſuæ vndecimo. Romę via Tiburtina, S. Vincentij martyris. Amiterni in Italia, paſſio ſanctorũ Militum octoginta trium. Emeritæ in Hiſpania, ſancti Victoris, viri militaris, qui cum duobus fratribus Stercatio & Antinogeno in perſecutione Diocletiani per diuerſa ſupplicia

cia martyriũ conſummauit. In Lycia, ſanctarum martyrum Nicetæ & Aquilinæ, quę beati Chriſtophori martyris prædicatione ad Chriſtũ conuerſæ, martyrij palmam capitis obtruncatione ſumpſerunt. Item, ſanctorum martyrum Menei & Capitonis. Apud Senones, ſancti Vrſicini epiſcopi & confeſſoris.

25 Octauo Kal. Auguſti. Luna. C ij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16
t u A B C D E F F G H M N P
17 18 19 20 21 22 23 24 24 25 26 27 28 29

SAncti Iacobi Apoſtoli, fratris S. Ioannis Euangeliſtæ, qui prope feſtum Paſchæ ab Herode Agrippa decollatus eſt. Eius ſacra oſſa ab Hieroſolymis hac die ad Hiſpanias trãſlata, & in vltimis earum finibus apud Gallæciam recondita, celeberrima illarum gentium veneratione, & frequenti Chriſtianorum religionis & voti cauſa illuc adeuntium concurſu, piè coluntur. In Lycia, ſancti Chriſtophori martyris, qui ſub Decio virgis ferreis attritus, & à flammæ ęſtuãtis incendio Chriſti virtute ſeruatus, ad vltimum ſagittarũ ictibus confoſſus, martyrium vna cum alijs militibus, capitis obtruncatione compleuit. Barcinonæ in Hiſpania, natalis beati Cucupha-

Cucuphatis martyris, qui in persecutione Diocletiani sub Daciano præside plurimis tormentis superatis, percussus gladio victor migrauit in cœlum. Cordubæ, sancti Theodemiri monachi & martyris. In Palæstina, sancti Pauli martyris, qui in persecutione Maximini sub Firmiliano præside capitis damnatus, exiguo orandi spatio impetrato, primũ pro contribulibus suis, deinde pro Iudęis & gẽtilibus, vt fidei veritatẽ agnoscerent; postea pro circumstantium multitudine, demũ pro iudice qui ipsum damnauerat, & pro carnifice, à quo feriendus erat, Deum toto corde precatus, abscissis ceruicibus martyrij coronam accepit. Ibidem, sanctæ Valentinæ virginis, quæ ad aram vt immolaret adducta, calcibus eã euertit: ob quam rem plurimis tormentis cruciata, vna cum socia virgine in ignem coniecta cucurrit ad sponsum. Treuiris, sancti Magnerici episcopi & confessoris.

D j. Septimo Kal. Augusti. Luna. 26

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
18	19	20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30

DOrmitio sanctæ Annæ matris genitricis Dei Mariæ. Philippis in Macedonia, natalis

talis sancti Erasti, qui illic à B.Paulo Apostolo relictus episcopus, ibidem martyrio coronatus est. In Portu Romano, S.Hyacinthi martyris, qui primo in ignem iniectus, deinde in profluentē præcipitatus, illæsus euasit: posthæc à Leontio cōsulari sub Traiano gladio percussus vitam finiuit: cuius corpus Iulia matrona in prędio suo iuxta Vrbem sepeliuit. Romæ via Latina, sanctorū martyrum Symphronij, Olympij, Theoduli, & Exuperiæ, qui, vt in gestis S.Stephani Papæ legitur, ignibus cōbusti, martyrij palmam adepti sunt. Ibidē, S.Pastoris presbyteri & confessoris, cuius nomine titulus extat in Viminali, apud sanctam Potentianam. Veronę, S.Valentij episcopi & confessoris. In monasterio S.Benedicti in agro Mantuano, sancti Symeonis monachi & eremitæ, qui multis miraculis clarus, in senectute bona quieuit.

7 Sexto Kal. Augusti. Luna. E *

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
19	20	21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1			

NIcomediæ, S.Pantaleonis martyris, artis medicæ professoris, qui à Maximiano Imperatore pro fide Christi tentus, & equulei pœna,

pœna, ac lampadarum exustione cruciatus, sed inter hæc Domino sibi apparente refrigeratus, tandem ictu gladij martyrium consummauit. Ibidem, sanctorum Hermolai presbyteri, cuius doctrina beatus Pantaleon ad fidem conuersus est: Hermippi & Hermocratis fratrum, qui post multas pœnas sibi illatas, à Maximiano Imperatore capitali sententia ob confessionem Christi puniti sunt. Nolæ, sanctorũ martyrum Felicis, Iulię, & Iucundæ. Apud Homeritas, cõmemoratio SS. martyrum, qui sub Dunaan tyranno ob Christi fidem incendio traditi sunt: quorum alij clerici erant, monachi alij, quædam moniales: cæteri autem fideles, ac etiam pueri paruuli gladio cæsi sunt. Vigiliis in Apulia, SS. martyrum Mauri episcopi, Pantaleemonis, & Sergij, qui passi sunt sub Traiano. Ephesi, natalis, sanctorũ septem dormientiũ, Maximiani, Malchi, Martiniani, Dionysij, Ioannis, Serapionis, & Constantini. Antisiodori, depositio B. Ætherij episcopi & confessoris. Constantinopoli, B. Anthusę virginis, quę sub Cõstantino Copronymo ob cultum sanctarum imaginum verberibus cæsa, & exilio relegata quieuit in Domino.

28 Quinto Kal. Augusti. Luna. F xxix.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
t u A B C D E F F G H M N P
20 21 22 23 24 25 26 27 27 28 29 30 1 2

ROmæ, paſſio S. Victoris Papæ & martyris, qui S. Eleutherio ſucceſſit, & multis pro Eccleſia Dei impenſis laboribus, martyrio coronatus eſt. Item Romæ, ſancti Innocentij Papæ, qui poſt ſanctum Anaſtaſium ſedit, & ab inſurgentibus hęreſibus tutatus Eccleſiam, ſanctitate conſpicuus quieuit in pace. Mediolani, natalis ſanctorum martyrum Nazarij & Celſi pueri, quos Anolinus ſub rabie perſecutionis, quę per Neronem excitata eſt, diu maceratos & afflictos in carcere, gladio feriri iuſſit. Ancyrę in Galatia, ſancti Euſtathij martyris, qui variis tormentorum generibus excruciatus, atque in flumen demerſus, ſed inde ab angelo ereptus, demũ columba è cœlo adueniente ad præmia æterna vocatus eſt. Mileti, S. Acacij martyris, qui ſub Licinio Imperatore poſt diuerſas pœnas in fornacem iniectus, ac Dei ope ſeruatus illęſus, martyrium capitis abſciſſione compleuit. In Britannia minori, ſancti Sampſonis epiſcopi & confeſſoris. Lugduni, ſancti Peregrini presbyteri & confeſſo-

confeſſoris, cuius beatitudinem miraculorum gloria teſtatur.

G xxviij. Quarto Kal. Auguſti. Luna. 29

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
21	22	23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3			

TAraſci in Gallia Narbonenſi, S. Marthæ virginis, hoſpitæ Saluatoris noſtri, & ſororis ſanctę Mariæ Magdalenę & ſancti Lazari. Romæ via Aurelia, ſancti Felicis ſecundi Papæ & martyris, qui à Cōſtantio Imperatore Ariano ob catholicæ fidei defenſionem è ſede ſua deiectus, & gladio necatus, glorioſe occubuit. Eius corpus ibidem ſepultum, & poſtea in eccleſiam ſanctorū Coſmæ & Damiani tranſlatum, Gregorio XIII. ſummo Pontifice repertum eſt, vna cum reliquiis ſanctorū martyrum Marci, Marcelliani, & Tranquillini, nec non Abundij preſbyteri, & Abundantij diaconi. Item Romæ via Portuenſi, ſanctorum martyrum Simplicij, Fauſtini, & Beatricis, temporibus Diocletiani Imperatoris: quorū duo primi poſt multa & diuerſa ſupplicia iuſſi ſunt capitalem ſubire ſentētiam: Beatrix verò eorum ſoror in confeſſione Chriſti præfocata eſt in carcere. Romæ pręterea ſanctarum

tum virginum Lucillæ & Floræ, & sanctorum martyrum Eugenij, Antonini, Theodori, & sociorum decem & octo, qui sub Gallieno Imperatore illustre martyrium obierunt. Gangræ in Paphlagonia, sancti Callinici martyris, qui virgis ferreis verberatus, & calceis, pręacutis clauis vndique confixis, indutus, ijsque celeriter ante equos præsidis currere iussus, cum in itinere hostes sitirent, aquã eduxit è petra: tandem in fornacẽ iniectus martyriũ cõsummauit. In Noruegia, S. Olaui Regis & martyris. Trecis in Gallia, sancti Lupi episcopi & confessoris, qui cũ beato Germano ad expugnandam Pelagianorum hęresim in Britanniam perrexit, vrbemque Trecas à furore Attilæ, Galliam omnem deuastantis, assidua oratione defendit: demũ quinquaginta duobus annis sacerdotio venerabiliter functus, in pace quieuit. Ciuitate Ebroicẽsi, S. Guillelmi episcopi & confessoris.

o Tertio Kal. Augusti. Luna. A xxvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

ROmæ, sanctorum martyrum Abdon & Sennen Persarũ, qui sub Decio pro Christi fide

ſti fide primum plumbatis cæſi, deinde gladio interfecti ſunt. Tuburbi Lucernariæ in Africa, ſanctarum virginum & martyrum Maximæ, Donatillæ, & Secundæ: quarum duæ primæ in perſecutione Valeriani & Gallieni aceto & felle potatæ, deinde plagis acerrimis cæſæ, & equulei extenſione cruciatæ, poſtmodum etiam craticulis exuſtæ, & calce perfricatæ ſunt: Secunda verò duodecim annos nata, cum è domo proſpiceret eas ad martyrium duci, ſtatim exiliens feſtina ſe illis adiunxit: quæ omnes ad beſtias ſimul proiectæ, ſed ab his intactę, nouiſſimè gladio iugulatę ſunt. Aſſiſij in Vmbria, ſancti Ruffini martyris. Cæſareæ in Cappadocia, ſanctæ Iulittæ martyris, quæ cum bona ſua à quodam potente ſibi vſurpata in iudicio repeteret, & ille exceptionem dediſſet, quòd vt Chriſtiana non deberet audiri, mox à iudice iuſſa eſt thus idolis offerre, vt poſſet audiri: quod illa conſtanter recuſans, in ignem coniecta ſpiritum Deo reddidit: corpus autem à flamma remanſit illęſum. Eius pręclaras laudes ſanctus Baſilius magnus egregio encomio celebrauit. Antiſiodori, ſancti Vrſi epiſcopi & confeſſoris.

Pridie

31 Pridie Kalendas Augusti. Luna. B

xxvj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

25

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	29	30	30	1	2	3	4	5

CÆſareę, paſſio B. Fabij martyris, qui cum ferre vexilla pręſidiaria recuſaret, primum diebus aliquot in carcerem truſus, deinde interrogatus ſemel & iterũ, cũ in confeſſione Chriſti perduraret, mox à iudice capitali ſententia condemnatur. Synnadæ in Phrygia Pacatiana, ſanctorum martyrum Democriti, Secundi, & Dionyſij. Mediolani, S. Calimeri epiſcopi & martyris. In Syria, ſanctorum trecentorum quinquaginta Monachorũ martyrũ, qui ob conſtantem defenſionẽ ſynodi Chalcedonenſis ab hæreticis occiſi ſunt. Rauennæ, tranſitus S. Germani Antiſiodorenſis epiſcopi, genere, fide, doctrina, & gloria miraculorum clariſſimi, qui Britanniam à Pelagianorum hæreſibus penitus liberauit. Tagaſtæ in Africa, ſancti Firmi epiſcopi, gloria cõfeſſionis illuſtris. Senis in Tuſcia, natalis beati Ioannis Columbini, inſtitutoris ordinis Ieſuatorum, qui ſanctitate ac miraculis claruit.

C Kalendis Augusti. Luna. I

xxiiij.

xxv. a b c d e f g h i k l m n p q r s

7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

t u A B C D E F F G H M N P

24 25 26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6



ROMAE, in Esquiliis, dedicatio sancti Petri ad Vincula. Antiochiæ, passio sanctorum septem fratrum Machabæorum, cũ matre sua, qui passi sunt sub Antiocho Epiphane Rege: eorumque reliquię Romam translatę, in ecclesia sancti Petri ad Vincula asseruantur. Romæ via Latina, SS. martyrum Boni presbyteri, Fausti, & Mauri, cum aliis septem, qui in actis S. Stephani Papæ describuntur. Item Romæ, passio sanctarũ virginum Fidei, Spei, & Charitatis, & matris earum Sapientiæ, quæ sub Hadriano principe martyrij coronam adeptæ sunt. Philadelphię in Arabia, sanctorũ martyrum Cyrilli, Aquilæ, Petri, Domitiani, Rufi, & Menandri vna die coronatorum. Pergæ in Pamphylia, sanctorũ martyrum Leontij, Atti, Alexandri, & aliorum sex agricolarum, qui in persecutione Diocletiani sub Flauiano præside post multa tormenta capite obtruncati sunt. Gerundę in Hispania, natalis sancti Felicis martyris, qui post diuersa tormentorum

rum genera à Daciano tandiu iuſſus eſt laniari, donec inuictum Chriſto ſpiritũ redderet. Vercellis, ſancti Euſebij epiſcopi & martyris, qui ob confeſſionẽ fidei à Conſtantio principe Scythopolim, & inde in Capadociã relegatus, ab Arianis multa paſſus eſt: poſtea verò ad eccleſiam ſuam reuerſus quieuit in Domino. In territorio Pariſienſi, S. Iuſtini martyris. Viennæ, S. Veri epiſcopi, qui fuit vnus ex diſcipulis & auditoribus Apoſtolorum. Vuintoniæ in Anglia, ſancti Etheluuoldi epiſc. & confeſſoris. In pago Liſuino, ſancti Nemeſij confeſſoris.

2 Quarto Nonas Auguſti. Luna. D xxiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
25	26	27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7			

ROmę in cœmeterio Calliſti, natalis S. Stephani Papę & martyris, qui ſancto Lucio in Pontificatu ſuffectus, in perſecutione Valeriani, dum Miſſæ ſacrũ perageret, ſuperuenientibus militibus ante altare intrepidus & immobilis cœpta myſteria perficiens, in ſede ſua decollatus eſt. Nicææ in Bithynia, paſſio S. Theodotę cũ tribus filiis ſuis: ex quibus primogenitum nomine Euodium, Chriſtum fiducialiter

confitentem, fecit primo Nicetius consularis Bithyniæ fustibus cædi, deinde matrē cum omnibus filiis igne consumi. In Africa, S. Rutilij martyris, qui cum sæpius de loco in locum persecutionem fugisset, & periculum interdum pecunia etiam redemisset, ex inopinato aliquando comprehensus, & præsidi oblatus, tormentis plurimis cruciatur: demum ignibus traditus, egregio martyrio coronatur. Patauij, sancti Maximi episcopi & confessoris, qui miraculis clarus beato fine quieuit.

E xxij. Tertio Nonas Augusti. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8

Hierosolymis, inuentio corporis beatissimi Stephani protomartyris, & SS. Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis, sicut reuelatum est diuinitus Luciano presbytero Honorij principis tempore. Constantinopoli, natalis sancti Hermelli martyris. Apud Indos Persis finitimos, passio sanctorum Monachorum, & aliorum fideliũ, quos Abenner Rex persequens Ecclesiam Dei, diuersis afflictos suppliciis cædi iussit. Neapoli in Campania, sancti Aspren episcopi, qui à

sancto

ſancto Petro Apoſtolo ab infirmitate curatus, ab eo fuit eiuſdẽ ciuitatis epiſcopus ordinatus. Auguſtoduni, depoſitio ſancti Euphronij epiſcopi & confeſſoris. Anagniæ, S. Petri epiſcopi, qui monaſtica primum obſeruantia, deinde paſtorali vigilantia clarus, quieuit in Domino. Philippis in Macedonia, ſanctæ Lydiæ purpurariæ, quę prædicante ibidem ſancto Paulo Apoſtolo prima omnium credidit Euangelio. Beroeæ in Syria, ſanctarum mulierum Maranę & Cyræ.

4 Pridie Nonas Augusti. Luna. F xxj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
27	28	29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9			

BOnoniæ, S. Dominici cõfeſſoris, fundatoris ordinis fratrũ Prædicatorũ, viri ſanctitate & doctrina clariſſimi: qui ob ſingularẽ meritorum gratiam tres mortuos ſuſcitauit, & virginitatem perpetuo illibatam ſeruauit: cumque prædicatione ſua hæreſes compreſſiſſet, ac plurimos ad religioſam & piam vitam inſtituiſſet, octauo idus huius menſis in pace quieuit: eius tamen feſtiuitas ex conſtitutione Pauli quarti ſummi Pontificis hac die celebratur. Eodẽ die, natalis beati Ariſtarchi diſcipuli ſancti Pauli

Apoſtoli, de quo ipſe ad Coloſſenſes ſcribit: Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus. Is ab eodem Apoſtolo Theſſalonicenſium epiſcopus ordinatus, poſt longos agones ſub Nerone coronatus à Chriſto, quieuit. Romæ via Latina, paſſio B. Tertullini presbyteri & martyris, qui ſub Valeriano Imperatore poſt impiam fuſtium mactationem, ignium circa latera exuſtionem, oris quaſſationem, atque in equuleo extenſionem, neruorumq́ue cæſionem, data ſententia, capitis amputatione martyrium conſummauit. Conſtantinopoli, ſancti Eleutherij martyris, ordinis ſenatorij, qui pro Chriſto in perſecutione Maximiani gladio cæſus eſt. In Perſide ſanctarum martyrum Iæ & ſociarum, quę ſub Sapore Rege cum nouem millibus Chriſtianis captiuis, diuerſis pœnis afflictæ martyriũ ſubierunt. Coloniæ, ſancti Protaſij martyris. Veronæ, ſancti Agabij epiſcopi & confeſſoris. Turonis, S. Euphronij epiſcopi & confeſſoris. Romæ, S. Perpetuæ, quæ à B. Petro Apoſtolo baptizata, Nazarium filium, & Africanum virum ad fidem Chriſti perduxit, & multa ſanctorũ martyrum corpora ſepeliuit: demum virtutibus & ſanctis operibus clara migrauit ad Dominum.

Nonis

5 Nonis Augusti. Luna. G xx.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10

ROmæ in Esquiliis, dedicatio Basilicæ sanctæ Mariæ ad niues. Item Romæ, passio sanctorum martyrum viginti trium, qui in persecutione Diocletiani via Salaria veteri capite truncati, ibidem sepulti sunt ad cliuum Cucumeris. Augustæ Vindelicorum, natalis S. Afræ martyris, quæ cum esset pagana & meretrix, per doctrinam sancti Narcissi episcopi ad Christum conuersa, & cum omni domo sua baptizata, pro confessione Christi igni tradita est. Asculi in Piceno, sancti Amygdij episcopi & martyris, qui à S. Marcello Papa episcopus ordinatus, & illuc ad prędicandum Euangeliũ missus, in confessione Christi sub Diocletiano Imperatore accepit coronam martyrij. Antiochiæ, S. Eusignij militis, qui annum agens centesimũ decimum, cum Constantini magni fidem, sub quo militauerat, Iuliano Apostatæ exprobraret, eumq́ue vt patriæ pietatis desertorẽ redargueret, ab eodem capite cædi iussus est. Item, sanctorũ martyrum Cantidij, Cantidiani, & Sobelis Ægyptij. Catalauni

launi in Gallia, sancti Memmij ciuis Romani, qui à sancto Petro illius ciuitatis episcopus consecratus, populum sibi commissum ad Euangelij veritatem perduxit, & confectus senio, meritis & virtutibus clarus migrauit in cœlum. Augustoduni, beati Cassiani episcopi & cõfessoris. In Anglia, sancti Osuualdi Regis, cuius actus venerabilis Beda presbyter commemorat. Eodem die, sanctæ Nonnæ matris sancti Gregorij Nazianzeni. In Piceno apud Septempedanos, S. Margaritæ viduæ.

A xix. Octauo Idus Augusti. Luna. 6

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
29	1	2	3	4	5	6	7	6	7	8	9	10	11			

IN monte Thabor, Transfiguratio Domini nostri Iesu Christi. Romæ via Appia in cœmeterio Callisti, natalis B. Xysti secundi Papæ & martyris, qui post sanctum Stephanum sedit, & in persecutione Valeriani gladio animaduersus, martyrij coronam accepit. Item, SS. martyrum Felicissimi & Agapiti eiusdem beati Xysti diaconorum; Ianuarij, Magni, Innocentij, & Stephani subdiaconorũ, qui omnes cum eo pariter decollati sunt, atque in cœmeterio Prætextati sepulti.

ſepulti. Paſſus eſt etiã cum eis beatus Quartus, vt ſcribit S. Cyprianus. Compluti in Hiſpania, ſanctorum martyrum Iuſti & Paſtoris fratrum, qui cum adhuc pueri litteris imbuerentur, proiectis in ſchola tabulis, ſponte ad martyrium cucurrerunt: & mox à Daciano præſide teneri iuſſi, & fuſtibus cædi, cũ ſe mutuis exhortationibus cõſtantiſſimè roborarent, extra ciuitatem perducti, à carnifice iugulati ſunt. Eadem die, ſancti Hormiſdæ Papæ, qui ſancto Symmacho ſuccedens, præclarus meritis, & ſanctitate conſpicuus quieuit in pace. Amidæ, ſancti Iacobi eremitæ miraculis clari.

7 Septimo Idus Auguſti. Luna. B xviij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
1	2	3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12			

ARetij in Tuſcia, natalis ſancti Donati epiſcopi & martyris, qui inter cætera virtutis opera, vt ſcribit ſanctus Gregorius Papa, fractum à paganis calicem ſanctũ orando inſtaurauit. Is in perſecutione Iuliani Apoſtatæ à Quadratiano Auguſtali comprehenſus, cum idolis ſacrificare renuiſſet, gladio percuſſus martyrium conſummauit. Paſſus eſt etiam cũ eo Hilarinus

monachus

monachus,cuius festiuitas decimo septimo kalendas Augusti, quãdo eius corpus ad Ostia Tiberina translatum fuit, potissimum celebratur. Romę,sanctorũ martyrum Petri & Iuliani,cum aliis decem & octo. Mediolani,S.Fausti militis, qui sub Aurelio Commodo variè tentatus,post multa certamina quieuit in Domino. Nouocomi, passio sanctorum martyrum Carpophori, Exanthi,Cassij,Seuerini,Secundi,& Licinij,qui in cõfessione Christi capite truncati sunt.Nisibi in Mesopotamia, sancti Dometij monachi Persæ, qui vnà cum duobus discipulis sub Iuliano Apostata lapidatus est. Rhotomagi, S.Victricij episcopi & confessoris, qui cum adhuc miles esset, sub eodẽ Iuliano pro Christo abijciens cingulum, à tribuno multis tormentis afficitur, & capite damnatur: cumque ad eum carnifex munus suum expleturus accederet,cæcitate percussus est, & ipse vinculis solutis liber euasit: ac postea episcopus factus,Morinorum & Neruiorum gentes indomitas verbi prædicatione ad fidem Christi perduxit, & demũ in pace quieuit. Catalauni in Gallia, sancti Donatiani episcopi & confessoris.In Sicilia,sancti Alberti confessoris, ordinis Carmelitarum,miraculis clari.

Sexto

8 Sexto Idus Augusti. Luna. C

xvij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1

t u A B C D E F F G H M N P

2 3 4 5 6 7 8 9 8 9 10 11 12 13

ROmę, ſanctorum martyrum Cyriaci diaconi, Largi, & Smaragdi, cũ aliis viginti, qui in perſecutione Diocletiani & Maximiani paſſi ſunt, & à Ioanne presbytero via Salaria ſepulti decimoſeptimo kalendas Aprilis: hac verò die corpora eorũ à S.Marcello Papa in prædium Lucinæ via Oſtienſi tranſlata fuerunt. Anazarbæ in Cilicia, ſancti Marini ſenis, qui in perſecutione Diocletiani ſub Lyſia pręſide flagris cęſus, in ligno ſuſpenſus ac laniatus, feris tandem obiectus interiit: quem Xanthia & Sapritius ſepelierunt. Item, ſanctorũ martyrum Eleutherij & Leonis, qui per ignem martyrium conſummarunt. In Perſia, ſancti Hormiſdæ martyris ſub Sapore Rege. Cyzici in Helleſponto, ſancti Æmiliani epiſcopi, qui pro ſacrarũ imaginum cultu à Leone Imperatore multa paſſus, ac demũ exilio pulſus, quieuit in Domino. In Creta, ſancti Mironis epiſcopi, qui miraculis claruit. Viennæ in Gallia, S.Seueri presbyteri & confeſſoris, qui ex India Euangelij prædicandi cauſa laborio-

laborioſam peregrinationem ſuſcepit, & ad præfatam vrbem deueniens, ingentem paganorum multitudinē verbo & miraculis ad fidem Christi conuertit.

D Quinto Idus Auguſti. Luna. 9
xvj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14

VIgilia ſancti Laurentij martyris. Romæ, S. Romani militis, qui confeſſione beati Laurentij compunctus, petiit ab eo baptizari, & mox exhibitus, ac fuſtibus cæſus, ad vltimum decollatus eſt. In Tuſcia, natalis ſanctorū martyrum Secundiani, Marcelliani, & Veriani, qui tempore Decij à Promotio conſulari primum cæſi ſunt, deinde in equuleo ſuſpenſi, & vngulis abraſi, atq; igne lateribus appoſito aſſati, triumphalem martyrij palmam capite cæſi meruerūt. Veronæ, ſanctorum martyrum Ruſtici & Firmi tēpore Maximiani Imperatoris. In Africa, commemoratio ſanctorū plurimorum Martyrum, qui in perſecutione Valeriani, hortante eos ſancto Numidico, in ignē iniecti martyrij palmam adepti ſunt. Ipſe autem Numidicus licet cū aliis iniectus in rogum, & lapidibus obrutus fuiſſet, à filia

filia tamen effossus, & semiuiuus repertus, atque curatus, ob eius virtutem postea in ecclesię Carthaginiensis presbyterum à B. Cypriano meruit cooptari. Constantinopoli, sanctorum martyrum Iuliani, Marciani, & aliorum octo, qui ob Saluatoris imaginem, quam in porta ænea constituerant, à Leone Imperatore post multa tormenta gladio necati sunt. Catalauni, S. Domitiani episcopi & confessoris.

10 Quarto Idus Augusti. Luna. E XV.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15

ROmæ via Tiburtina, natalis B. Laurentij archidiaconi: qui in persecutione Valeriani, post plurima torméta, carceris, verberum diuersorum, scorpionum, fustium & plumbatarum, & laminarum ardentium, ad vltimum in craticula ferrea assatus, martyrium compleuit: cuius corpus à B. Hippolyto & Iustino presbytero sepultum fuit in cœmeterio Cyriacæ in agro Verano. Item Romæ, passio sanctorũ centú sexagintaquinq; Militum martyrũ. Bergomi, sanctæ Asteriæ virginis & martyris. Alexandrię, commemoratio sanctorum martyrum, qui in

persecutione Valeriani sub præside Æmiliano diuersis exquisitisq; tormentis diutius cruciati, vario mortis genere martyrij coronam adepti sunt. Romæ, sancti Deus-dedit confessoris, qui quod in hebdomada manibus suis operando lucrabatur, die sabbati pauperibus erogabat: atque ita domũ in æternum manentem sibi comparauit in cœlo.

F xiiij. **Tertio Idus Augusti. Luna.** 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16

ROmę inter duas lauros, natalis S. Tiburtij martyris, qui sub iudice Fabiano in persecutione Valeriani, cùm nudis plantis super carbones ardentes ingressus Christum maiori confiteretur cõstantia, duci in tertium ab Vrbe milliarium, atque ibidem gladio animaduerti iubetur. Item Romæ, sanctæ Susannæ virginis, quæ cũ esset nobili prosapia orta, & beati Caij Pontificis neptis, martyrij palmam tempore Diocletiani capitis obtruncatione promeruit. Comanis in Ponto, sancti Alexandri episcopi cognomẽto Carbonarij, qui ex philosopho disertissimo eminentẽ Christianæ humilitatis scientiã addiscere cupiens,

cupiens, sordido ministerio in aliena regione delituit: sed à sancto Gregorio Thaumaturgo diuinitus cognitus, in thronum illius ecclesiæ sublimatur: qui non tantum prædicatione, sed etiam per ignem consummato martyrio fuit illustris. Eodem die, passio sanctorū Ruffini Marsorum episcopi, & sociorum, qui sub Maximino Imperatore post multa tormenta martyrij palmam adepti sunt. Apud Ebroicenses in Gallia, S. Taurini episcopi & confessoris, qui à B. Clemente Papa eiusdem ciuitatis episcopus ordinatus, Euangelij prædicatione Christianam fidem propagauit, ac multis pro ea susceptis laboribus, miraculorum gloria conspicuus obdormiuit in Domino. Cameraci in Gallia, sancti Gaugerici episcopi & confessoris, qui sanctitate & virtutibus clarus in pace quieuit.

12 Pridie Idus Augusti. Luna. G xiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17

ASsisij in Vmbria, S. Claræ virginis, primæ plantæ pauperum feminarū ordinis Minorum, quæ vita & miraculis claruit. Catanæ in Sicilia, natalis S. Euplij diaconi sub Diocletiano

&Maximiano Auguſtis: qui cum diutiſſimè pro confeſſione Domini torqueretur, tandem martyrij palmã, gladio cædente, percepit. Auguſtæ Vindelicorum, ſanctæ Hilariæ matris S. Afræ martyris: quæ cùm ad ſepulchrum illius excubaret, ibidem pro fide Chriſti à perſecutoribus igni tradita eſt cum Digna & Euprepia & Eunomia ancillis ſuis. Paſſi ſunt etiam eodem die in præfata vrbe Quiriacus, Largio, Creſcentianus, Nimmia, & Iuliana, cum aliis viginti. In Syria, ſanctorum martyrum Macarij & Iuliani. Nicomediæ, ſanctorum martyrum Photij & Aniceti ſub Diocletiano Imperatore. Falari in Piceno, paſſio ſanctorum Graciliani & Feliciſſimæ virginis, quorum primum lapidibus ora contuſa ſunt pro Chriſto, dehinc gladio percuſſi, optatam martyrij ſuſcepere palmam. Eodem die, ſanctorum martyrum Porcarij abbatis monaſterij Lirinenſis, & quingentorum monachorum, qui ſub Geiſerico Vuandalorum rege pro fide catholica martyrio coronati ſunt. Mediolani, ſancti Euſebij epiſcopi & confeſſoris. Brixiæ, S. Herculani epiſcopi & confeſſoris.

Idibus

13 Idibus Augusti. Luna. A xij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18

ROmę, B. Hippoliti martyris, qui pro confeſſionis gloria iubente Valeriano, poſt alia tormenta ligatis pedibus ad colla indomitorum equorum, per carduetum & tribulos crudeliter tractus, ac toto corpore laceratus, emiſit ſpiritum. Paſſi ſunt etiam eodem die, S. Concordia eius nutrix, quæ ante ipſum plumbatis cæſa migrauit ad Dominum: & alij decem & nouem de domo ſua, qui extra portam Tiburtinam decollati ſunt, & vna cũ eo in agro Verano ſepulti. In Foro Syllæ, natalis S. Caſſiani, qui cum adorare idola noluiſſet, vocatis à perſecutore pueris, quibus docendo exoſus factus fuerat, data eſt eis facultas eum perimendi: quorum quanto infirmior erat manus, tanto grauiorem martyrij pœnã dilata morte faciebat. Conſtantinopoli, ſancti Maximi monachi, doctrina & zelo catholicæ veritatis inſignis: qui cum aduerſus Monothelitas ſtrenuè decertaret, à Conſtante Imperatore hæretico manibus ac lingua truncatus, indeque in Cherſonam relegatus reddidit ſpiritũ. Tunc

etiam duo Anastasij eius discipuli, & alij plures, diuersa tormenta & dura exilia passi sunt. In Germania, sancti Vuigberti presbyteri & confessoris. Pictauis, sanctæ Radegundis Reginæ, cuius vita miraculis & virtutibus claruit.

B Decimonono Kal. Septembris. Luna. 14
xj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

VIgilia assumptionis B. Marię virginis. Romæ via Appia, natalis B. Eusebij presbyteri, qui à Constantio Imperatore Ariano ob catholicæ fidei defensionem in quodam cubiculo domus suæ inclusus, ibique menses septem in oratione constanter perseuerans, dormitionem accepit: cuius corpus Gregorius & Orosius presbyteri colligentes, in cœmeterio Callisti via Appia sepelierunt. In Illyrico, S. Vrsicij martyris, qui sub Maximiano Imperatore & Aristide pręside, post multa & diuersa tormenta pro Christi nomine gladio cæsus est. In Africa, S. Demetrij. Apameæ in Syria, S. Marcelli episcopi & martyris, qui cum Iouis delubrũ diruisset, à furentibus gentilibus occisus est. Mediolani, sancti Simpliciani episcopi, qui Ecclesiæ Romanæ quondam alumnus,

alumnus, ſancto Ambroſio aduerſus Arianos laboranti adfuit, in cuius locum poſtea ſubrogatus, ſanctitate conſpicuus quieuit in pace. In Ægina inſula, S. Athanaſiæ viduæ, monaſtica obſeruantia & gratia miraculorum illuſtris.

15 Decimooctauo Kal. Septẽbris. Luna. C x.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

ASſumptio ſanctiſſimæ Dei genitricis virginis Mariæ Romę via Appia, S. Thaſicij acolythi, quẽ pagani cum inueniſſent corporis Chriſti ſacramenta portantem, cœperũt diſquirere quid gereret: at ille indignũ iudicans porcis prodere margaritas, tamdiu ab illis mactatus eſt fuſtibus & lapidibus, donec exhalaret ſpiritum: & reuoluto eius corpore, ſacrilegi diſcuſſores, nihil ſacramentorum Chriſti in manibus aut veſtibus inuenerunt: Chriſtiani autẽ corpus martyris collegerũt, & in cœmeterio Calliſti honorificè ſepelierũt. Tagaſte in Africa, ſancti Alipij epiſcopi, qui Auguſtini olim diſcipulus, poſtea in conuerſione ſocius, in munere paſtorali collega, & in certaminibus aduerſus hæreticos commilito ſtrenuus, ac demum in cœleſti gloria

cōſors fuit. Sueſſione in Galliis, ſancti Arnulphi epiſcopi & confeſſoris.

D Decimoſeptimo Kal. Septemb. Luna. 16
ix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
10	11	12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21			

ROmæ, S. Titi diaconi, qui Vrbe à Gothis occupata pecunias pauperibus diſtribuēs, à tribuno barbaro iuſſus eſt occidi. Nicææ in Bithynia, S. Diomedis medici, qui in perſecutione Diocletiani pro Chriſti fide gladio cęſus martyrium compleuit. Item, ſanctorū triginta trium Martyrum. Ferentini in Latio, ſancti Ambroſij centurionis, qui in perſecutione Diocletiani variis modis cruciatus, nouiſſimè per ignem illæſus tranſiens, demerſus in aquam eductus eſt in refrigerium. Nicomediæ, S. Arſacij confeſſoris, qui ſub Licinio perſecutore militia relicta, ſolitariam vitā duxit, tantiſque virtutibus claruit, vt & dęmones expuliſſe, & ingentem draconem orando interemiſſe legatur: denique futuram ciuitatis cladem prænuntians, in oratione ſpiritum Deo reddidit. Antiſiodori, S. Eleutherij epiſcopi & confeſſoris. In Gallia Narbonenſi apud Montem Peſſulanum, depoſitio B. Rocchi confeſſoris,

fesſoris, qui multas Italiæ vrbes à morbo epidimiæ ſigno crucis liberauit, & demum poſt longam peregrinationem in patriã reuerſus ſancto fine quieuit: cuius corpus poſtea Venetias tranſlatum fuit, ibique honorificè tumulatũ. Romæ, S. Serenæ vxoris quondã Diocletiani Augusti.

17 Decimoſexto Kal. Septemb. Luna. E viij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10
t u A B C D E F F G H M N P
11 12 13 14 15 16 17 18 17 18 19 20 21 22

OCtaua S. Laurentij martyris. Carthagine in Africa, ſanctorum martyrum Liberati abbatis, Bonifacij diaconi, Serui & Ruſtici ſubdiaconorum, Rogati & Septimi monachorum, & Maximi pueri: qui in perſecutione Vuandalica ſub Hunnerico Rege pro confeſſione catholicæ fidei, & vnici baptiſmatis defenſione variis & inauditis ſuppliciis exagitati, demum ſuper ligna, quibus concremandi erant, clauis confixi, cum ignis ſæpius accenſus fuiſſet, ac diuinitus ſemper extinctus, eius iuſſu remorum vectibus percuſſi, & comminutis cerebris enècati, ſpecioſum curſum certaminis ſui, coronante Domino, perfecerunt. Cæſareæ in Cappadocia, natalis S. Mamantis martyris, qui à pueritia ad ſenectu-

tem vſque longum martyrium duxit, tandem imperante Aureliano ſub Alexandro præſide illud feliciter conſummauit: quem ſancti patres Baſilius & Gregorius Nazianzenus ſummis laudibus celebrarunt. In Achaia, S. Myronis preſbyteri & martyris, qui ſub Decio Imperatore & Antipatre præſide poſt multa tormenta Cyzici capite truncatus eſt. Nicomediæ, ſanctorũ martyrum Stratonis, Philippi, & Eutychiani, qui damnati ad beſtias, & nihil læſi, per ignem martyrium conſummarunt. Ptolemaide in Palæſtina, ſanctorum martyrum Pauli & Iulianæ, qui ſub Valeriano paſſi ſunt.

F Decimoquinto Kal. Septemb. Luna. 18

vij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
12	13	14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23			

PRæneſte, natalis ſancti Agapiti martyris, qui cũ eſſet annorum quindecim, & amore Chriſti ferueret, iuſſu Aureliani Imperatoris tentus eſt, ac primo neruis crudis diutiſſimè cæſus, deinde ab Antiocho præfecto grauiora ſupplicia paſſus, exinde cum ex præcepto Imperatoris leonibus obiiceretur, & minimè læſus eſſet, gladio miniſtrorũ coronãdus percutitur. Romę, beatorum

beatorum Ioannis & Crispi presbyterorum, qui in persecutione Diocletiani multa sanctorum corpora officiosissimè sepelierunt, quorum meritis & ipsi postmodũ sociati, gaudia vitę æternę meruerunt. Ibidem, sanctorum martyrum Hermæ, Serapionis, & Polyæni, qui per angusta, saxosa, & aspera loca raptati, animas Deo reddiderunt. In Illyrico, sanctorum martyrum Flori & Lauri artis lapicidinæ, qui consumptis martyrio eorum magistris Proculo & Maximo, & ipsi sub Licione pręside post multa tormenta in profundum puteum sunt demersi. Myreæ in Lycia, sanctorum martyrum Leonis & Iulianæ. Metis in Gallia, S. Firmini episcopi & confessoris. Romæ via Lauicana, sanctæ Helenæ matris Cõstantini Magni piissimi Imperatoris, qui primus ecclesię *tuendæ* atque amplificandæ exemplum cæteris *principibus* præbuit.

*Decim*oquarto Kal. Septemb. Luna. G vj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
13	14	15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24			

ROmæ, S. Iulij senatoris & martyris, qui Vitellio iudici traditus, & ab eo in carcere trusus, iubente Cõmodo Imperatore, tamdiu fustibus

fustibus cæsus est, donec emitteret spiritum: cuius corpus in cœmeterio Calepodij via Aurelia sepultū est. In Cilicia, natalis S. Andreæ tribuni, & sociorum militum, qui victoria de Persis diuinitus adepta, ad fidem Christi conuersi, & hoc nomine accusati, sub Maximiano Imperatore in angustiis Tauri montis ab exercitu Seleuci præsidis trucidati sunt. In Palæstina, S. Timothei martyris, qui in persecutione Diocletiani sub Vrbano præside post multa superata supplicia, lento igne combustus est. Passi sunt etiā ibidem Thecla & Agapius: illa feris exposita, earum dentibus laniata transiuit ad sponsum: Agapius verò plurima tormēta perpessus, ad maiora certamina fuit dilatus. Anagnię, S. Magni episcopi & martyris, qui in persecutione Decij necatus est. In Prouincia apud castrum Brincolam depositio S. Ludouici Tolosani episcopi & confessoris, vitæ sanctitate & miraculis clari: qui inde Massiliā translatus, in ecclesia Fratrū Minorum honorificè conditus est. In Gallia, in pago Sigisterico, B. Donati presbyteri & confessoris, qui ab ipsis infantię rudimentis mira Dei gratia pręditus, anachoreticam vitā multis annis exegit, & miraculorum gloria clarus migrauit ad Christum. In territorio Bituricensi, S. Mariani confessoris. Mantuæ, sancti Ruffini confessoris,

Decimo-

A v.

Decimotertio Kal. Septemb. Luna.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
14	15	16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25			

IN territorio Lingonienſi, depoſitio ſancti Bernardi primi Claræuallenſis abbatis, vita, doctrina, & miraculis glorioſi. In Iudæa, S. Samuelis Prophetæ, cuius ſacra oſſa, vt ſanctus Hieronymus ſcribit, Arcadius Auguſtus Conſtantinopolim transferenda curauit. In Thracia, ſanctorum trigintaſeptem Martyrum, qui ſub præſide Apelliano pro Chriſti fide manibus pedibuſque præciſis, in caminũ ardentem iniecti ſunt. Item, ſanctorũ martyrum Seueri & Memnonis centurionis, qui eodẽ mortis genere conſummati, victores abierũt in cœlum. In Cypro, S. Lucij ſenatoris, qui perſpecta cõſtantia Theodori Cyrenenſis epiſcopi in martyrio poſiti, ad fidem Chriſti conuerſus, ad eam etiam Dignianum præſidem pertraxit: cũ quo Cyprum profectus, ibique alios Chriſtianos pro confeſſione Domini coronari videns, vltro ſe ipſum obtulit, ac truncatus capite eandem martyrij coronam promeruit. Cordubæ, ſanctorum martyrum Leouigildi & Chriſtophori monachorum, qui pro

pro Chriſtianæ fidei defenſione in carcerē coniecti, ac mox ceruicibus abſciſſis, igni traditi, martyrij palmā adepti ſunt. Romæ, B. Porphyrij hominis Dei, qui ſanctū martyrem Agapitum erudiuit in fide & doctrina Chriſti. In Herio inſula, S. Philiberti abbatis. Albę in Pannonia, S. Stephani Regis, qui diuinis virtutibus exornatus, primus Hungaros ad Chriſti fidem conuertit. In caſtro Cainone, S. Maximi confeſſoris, qui fuit beati Martini epiſcopi diſcipulus.

B iiij. **Duodecimo Kal. Septemb. Luna.** 21

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14
t u A B C D E F F G H M N P
15 16 17 18 19 20 21 22 21 22 23 24 25 26

ROmæ in agro Verano, ſanctæ Cyriacæ viduæ & martyris, quæ in perſecutione Valeriani cùm ſe, ſuaque omnia in ſanctorum miniſteria impendiſſet, demum pro Chriſto martyrium ſubiens, vitam quoq. ipſam libenter impendit. Item, ſancti Anaſtaſij cornicularij, qui cum videret beatum Agapitum conſtanter tormenta perferentē, conuerſus eſt ad fidem, & pro confeſſione nominis Chriſti iubente Aureliano Imperatore interemptus, martyr migrauit ad Dominum. In Sardinia, ſanctorum martyrum Luxorij,

Luxorij, Ciſelli, & Camerini, qui in perſecutione Diocletiani ſub Delphio præſide capite cæſi ſunt. In territorio Gaulitano, ſancti Priuati epiſcopi & martyris, qui paſſus eſt in perſecutione Valeriani & Gallieni. Eodem die, ſanctorũ martyrũ Bonoſi & Maximiani. Fundis in Latio, ſancti Paterni martyris, qui ab Alexandria Romam veniens ad Apoſtolorum memorias, & inde in agrũ Fundanũ ſecedens, cum martyrũ corpora ſepeliret, à tribuno cõprehẽſus eſt, & in vinculis poſitus expirauit. Edeſſæ in Syria, SS. martyrum Baſſę, & filiorũ eius Theogonij, Agapij, & Fidelis, quos in perſecutione Maximiani pia mater exhortans, martyrio coronatos præmiſit ad palmam, & truncato capite gaudens ſecuta eſt cum victoria. Veronæ, S. Euprepij epiſcopi & confeſſoris. Item, ſancti Quadrati epiſcopi.

22 Vndecimo Kal. Septemb. Luna. C iij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

OCtaua Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis. Romę via Oſtiẽſi, natalis S. Timothei martyris, qui tentus à Tarquinio Vrbis pręfecto, & longa carceris cuſtodia maceratus, cũ ſacrificare

care

care idolis noluisset, tertio cæsus, & grauissimis supplicijs attrectatus, ad vltimum decollatus est. In Portu Romano, sancti Hippolyti episcopi, eruditione clarissimi, qui sub Alexandro Imperatore ob præclaram fidei confessionem ligatis manibus & pedibus in altam foueam aquis plenam præcipitatus, martyrij palmam accepit: cuius corpus à Christianis apud eundem locum sepultũ fuit. Augustoduni sancti Symphoriani martyris, qui tẽpore Aureliani Imperatoris cùm idolis sacrificare nollet, verberibus afflictus, deinde carceri mancipatus, ad vltimũ cæso capite martyrium consummauit. Romæ, sancti Antonini martyris, qui cũ se Christianum libera voce fateretur, à Vitellio iudice capitali sentẽtia damnatus est, & via Aurelia sepultus. Item in Portu Romano, SS. martyrum Martialis, Saturnini, Epicteti, Maprilis, & Felicis, cum sociis eorum. Nicomediæ, passio sanctorũ Agathonici, Zotici, & sociorum martyrum in persecutione Maximiani sub Eutholmio præside. Tarsi, S. Athanasij episcopi & martyris, Anthusæ nobilis feminæ, quam ipse baptizauerat, & duorum eius seruorũ, qui sub Valeriano Imperatore passi sunt. Rhemis, sanctorum martyrum Mauri & sociorum. Toleti, sanctorum martyrum Fabriciani & Philiberti. Papiæ, S. Gunifortis martyris.

Decimo

23 Decimo Kal. Septemb. Luna. D ij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

ANtiochiæ, natalis ſanctorum martyrum Reſtituti, Donati, Valeriani, & Fructuoſæ, cum aliis duodecim, qui præclariſſimo confeſſionis honore coronati ſunt. Ægæ in Cilicia, ſanctorũ martyrum Claudij, Aſterij, & Neonis fratrum, qui à præſide Lyſia poſt multa torméta cruci affixi, victores cum Chriſto triumpharũt. Rhemis in Gallia, natalis ſanctorum Timothei & Apollinaris, qui ibidem conſummato martyrio cœleſtia regna meruerunt. Lugduni, ſanctorũ martyrũ Minerui & Eleazari cum filiis octo. Sirmij, ſancti Irenæi epiſcopi, qui in perſecutione Diocletiani ſub Probo præſide flagris cæſus, & gladio percuſſus, in flumen demerſus eſt. Ité, S. Luppi martyris, qui ex ſeruili cõditione, Chriſti libertate donatus, martyrij quoque corona dignatus eſt. In Thracia, ſanctorum triginta & octo Martyrum. Hieroſolymis, ſancti Zacchæi epiſcopi, qui quartus à beato Iacobo Apoſtolo Hieroſolymitanam eccleſiã rexit. Alexandriæ, S. Theonæ epiſcopi. Auguſtoduni, S. Flauiani

episcopi & confessoris. Aruernis, sancti Sidonij episcopi, qui doctrina & sanctitate claruit.

E j. Nono Kalendas Septemb. Luna. 2

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
18	19	20	21	22	23	24	25	24	25	26	27	28	29			

VIgilia sancti Bartholomæi Apostoli. Carthagine, sanctorum trecentorum martyrum tempore Valeriani & Gallieni: qui inter alia supplicia, cùm præses fornacem calcariã accendi iussisset, & in præsentia eius prunas cum thure exhiberi, atque illis dixisset: Eligite è duobus vnũ, aut thura super his carbonibus offerte Ioui, aut in calcem demergemini: fide armati, Christum Dei filiũ confitentes, ictu rapidissimo se iniecerunt in ignem, & inter vapores calcis in puluerem sunt redacti: ex quo candidatus ille beatorum exercitus, Massa candida meruit appellari. In Portu Romano, sanctorum martyrum Quiriaci & Archelai, qui in persecutione Diocletiani sub Probo præfecto martyrij palmã effuso sanguine perceperunt. In Isauria, sancti Tationis martyris, qui in eadẽ persecutione sub Vrbano præside gladio cæsus martyrij coronam accepit. Eodẽ die, sancti Eutychij discipuli beati Ioannis

Ioannis Euangeliſtæ, qui ob Euangelij prædicationem in multis regionibus, carceres, verbera, & ignes perpeſſus, in pace tandem quieuit. Item, S. Georgij Limniotæ monachi, qui cũ impium Leonem Imperatorem reprehendiſſet, quòd ſacras imagines frangeret, Sanctorumq́; reliquias cõbureret, eius iuſſu abſciſſis manibus, & capite incenſo migrauit ad Dominum. Rhotomagi, ſancti Audoeni epiſcopi & confeſſoris. Niuernis, ſancti Patricij abbatis.

25 Octauo Kal. Septemb. Luna. F *

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E F F G H M N P
19 20 21 22 23 24 25 26 25 26 27 28 29 1

NAtalis S. Bartholomæi Apoſtoli, qui in India Chriſti Euangeliũ prędicans, viuus à barbaris decoriatus eſt, & capitis decollatione martyriũ compleuit. Eius ſacrum corpus primo ad Liparam inſulam, deinde Beneuentum, poſtremo Romam ad inſulam Tiberinam tranſlatum, pia fideliũ veneratione honoratur. Lutetiæ Pariſiorum, ſancti Ludouici confeſſoris, Regis Francorum, vitæ ſanctitate, ac miraculorũ gloria illuſtris. Romæ, ſanctorum martyrum Euſebij, Pontiani, Vincentij & Peregrini, qui primo

ſub Commodo Imperatore in equuleo leuati, neruis quoque diſtenti, ac deinde fuſtibus cæſi ſunt, flammis circa eorum latera appoſitis: & cum in laude Chriſti fideliſſimè permanerent, plumbatis vſq; ad emiſſionem ſpiritus mactati migrauerunt in cælum. Item Romæ, S. Geneſij martyris, qui primum ſub gentilitate mimus, & thymelicę artis magiſter, cũ in theatro, ſpectante Diocletiano Imperatore, myſterijs Chriſtianorum illuderet, repentè à Deo inſpiratus, quod deridebat, non ſimulatè profeſſus, & in Chriſtum credens baptizatus, iuſſu Imperatoris crudeliſſimè cæſus, in equuleo ſuſpenſus, & vngularum diutiſſima laceratione vexatus, lampadibus etiam inflammatus, cum in fide Chriſti perſiſteret, dicens: Non eſt rex præter Chriſtum, pro quo ſi millies occidar, ipſum mihi de ore, ipſum mihi de corde auferre non poteritis; martyrij palmam capitis obtruncatione promeruit. Arelate in Gallia, beati item Geneſij, qui Exceptoris officio fungens, cum impia edicta, quibus Chriſtiani puniri iubebantur, nollet excipere, & proiectis in publico tabulis ſe Chriſtianum eſſe teſtaretur, comprehenſus, atque decollatus, martyrij gloriam proprio cruore baptizatus accepit. In Syria, ſancti Iuliani martyris. Conſtantinopoli, ſancti Menæ epiſcopi & confeſſoris.

fessoris. Traiecti, sancti Gregorij episcopi & confessoris.

26 Septimo Kal. Septemb. Luna. G xxix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

ROmę, sancti Zephyrini Papæ & martyris, qui sancto Victori successit, & post multa pro fide suscepta certamina, martyrij coronã accepit. Ibidem, sanctorum martyrum Irenæi & Abundij, qui in persecutione Valeriani, eo quòd corpus beatę Concordiæ in cloacam proiectum leuauerant, in eandem cloacã demersi sunt: quorum corpora à Iustino presbytero inde extracta, in crypta iuxta beatũ Laurentium sepulta sunt. Apud Albintimelium Liguriæ ciuitatem, sancti Secundi martyris, viri spectabilis, & ducis ex legione Thebeorũ. Bergomi in Gallia Cisalpina, S. Alexandri martyris, qui & ipse vnus ex eadem legione, cum nomen Domini Iesu Christi constantissimè fateretur, martyriũ capitis abscissione cõpleuit. Nicomediæ, passio sancti Hadriani filij Probi Cæsaris, qui cùm Licinio persecutionem in Christianos commotam exprobraret, ab eodẽ iussus est occidi: cuius corpus Domitius

Byzantij epiſcopus eius patruus Argyropoli ſepeliuit. Italicæ in Hiſpania, ſancti Geruntij epiſcopi & martyris, qui tēpore Apoſtolorū Euangelium in ea prouincia prædicans, poſt multos labores in carcerem detruſus, ſpiritum reddidit. Item in Hiſpania, ſancti Victoris martyris, qui à Mauris pro Chriſti fide occiſus, martyrij corona donatus eſt. Piſtorij, ſancti Felicis presbyteri & confeſſoris.

A xxviij. Sexto Kal. Septemb. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3

Capuæ in Campania, natalis ſancti Rufi epiſcopi & martyris, qui cū eſſet patriciæ dignitatis, à beato Apollinare, S. Petri diſcipulo cum vniuerſa familia baptizatus eſt. Tomis in Ponto, ſanctorū martyrum Marcellini tribuni, & vxoris eius Manneæ, & filiorum Ioannis, Serapionis, & Petri. Salerni, ſanctorū martyrum Fortunati, Caij, & Anthes, qui ſub Diocletiano Imperatore, & Leontio proconſule, ob Chriſti fidem multa tormēta paſſi, gladio cæſi ſunt. Cordubæ in Hiſpania, ſanctorum martyrū Georgij diaconi, Aurelij, Felicis, Nataliæ, & Lilioſæ. In Sicilia,

Sicilia, S. Euthaliæ virginis, quę cum esset Christiana, à fratre suo Sermiliano gladio cęsa migrauit ad sponsum. Eodẽ die, passio sanctę Anthusæ iunioris, quæ ob Christi fidem in puteũ mersa, martyrium sumpsit. Arelate, sancti Cæsarij episcopi, miræ sanctitatis & pietatis viri. Bergomi, sancti Narni, qui à beato Barnaba baptizatus, primus ab eo eiusdem ciuitatis episcopus est ordinatus. Augustoduni, sancti Syagrij episcopi & confessoris. Papiæ, S. Ioannis episcopi & confessoris. In Thebaide, sancti Pœmonis anachoritæ.

28 Quinto Kal. Septemb. Luna. B xxvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

Hippone Regio in Africa, natalis S. Augustini episcopi & Ecclesię doctoris eximij: qui beati Ambrosij episcopi opera ad catholicã fidem conuersus, eã aduersus Manichæos, aliosque hæreticos acerrimus propugnator defendit; multisque alijs pro Ecclesia Dei perfunctus laboribus, ad præmia migrauit in cælum: cuius reliquiæ primo de sua ciuitate propter barbaros in Sardiniã delatæ, & postea à Luitprando Rege Longobardorum Ticinum translatæ, ibi honorificè

norificè conditæ sunt. Romę, natalis sancti Hermetis viri illustris, qui (vt in actis beati Alexandri Papæ legitur) primo carcerali custodiæ mancipatus, deinde cũ alijs plurimis gladio cædente martyriũ compleuit sub Aureliano Imperatore. Briuate apud Aruernos, passio S. Iuliani martyris, qui cum esset beati Ferreoli tribuni comes, & in habitu militari occultè Christo seruiret, in persecutione Diocletiani à militibus tentus, defecto gutture morte horribili necatus est. Constantiæ in Gallia, sancti Pelagij martyris, qui sub Numeriano Imperatore, & Euilasio iudice martyrij coronã accepit. Constantinopoli, sancti Alexandri episcopi & confessoris, gloriosi senis, cuius orationis virtute, Arius diuino iudicio damnatus, crepuit medius, & effusa sunt viscera eius. Apud Santonas, sancti Viuiani episcopi & confessoris. Item, S. Moysis Æthiopis, qui ex insigni latrone insignis anachorita, multos conuertit latrones, & secum ad monasterium duxit.

C xxvj. Quarto Kal. Septemb. Luna. 29

a b c d e f g h i k l m n p q r s

6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
t u A B C D E F F G H M N P

23 24 25 26 27 28 29 30 29 1 2 3 4 5

Decolla-

DEcollatio S. Ioannis Baptistæ, quem Herodes circa festum Paschæ decollari præcepit: quæ tamen hoc die solemniter colitur, quando eius caput Marcello presbytero reuelatum, secundo inuentũ fuit: quod postea in Gallias, inde Romã translatum, in ecclesia, S. Siluestri ad Campũ Martium summa populi deuotione asseruatur. Romæ in monte Auentino, natalis S. Sabinæ martyris, quæ sub Hadriano Imperatore gladio percussa, martyrij palmam adepta est. Item Romæ, sanctæ Candidæ virginis & martyris, cuius corpus Paschalis primus Papa in ecclesiam sanctæ Praxedis transtulit. Antiochiæ in Syria, natalis sanctorum martyrum Nicææ & Pauli. Item, sanctorũ martyrum Ianuarij presbyteri, Fortunatiani & Septimi lectorũ, qui sub Diocletiano Imperatore à Magdeliano procuratore gladio consummati sunt. Tuderti, S. Terentiani episcopi & martyris, qui Letiani proconsulis iussu, equuleo & scorpionibus cruciatus, demum abscissa lingua, capitis damnatus martyrium compleuit. Perusiæ, sancti Euthymij Romani, qui Diocletiani persecutionẽ fugiens, ibi cum vxore & Crescentio filio quieuit in Domino. Venusiæ in Apulia, natalis sancti Felicis episcopi. Metis, sancti Adelphi episcopi & confessoris. Lutetiæ Parisiorum, de-

positio sancti Mederici presbyteri & cõfessoris. In Anglia, sancti Sabbi Regis. Apud Smyrnam, natalis S. Basillæ. In pago Trecassino, S. Sabinæ virginis, virtutibus & miraculis gloriosæ.

D
XXV.
25

Tertio Kal Septemb. Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6

Romæ via Ostiensi, passio B. Felicis presbyteri, qui sub Diocletiano & Maximiano post equulei vexationem, data sententia, cum duceretur ad decollandũ, obuius ei fuit quidam Christianus: qui dum se Christianum esse spõte profiteretur, mox cum eodem pariter decollatus est. Huius nomen ignorantes Christiani, Adauctum eum appellauerunt, eo quòd sancto Felici auctus sit ad coronã. Item Romæ, sanctæ Gaudentiæ virginis & martyris, cum alijs tribus. Ibidem, sancti Pammachij presbyteri, qui fuit doctrina & sanctitate cõspicuus. Coloniæ Suffectanæ in Africa, sanctorum sexaginta Martyrum, qui furore gentilium cæsi sunt. Adrumeti item in Africa, sanctorum Bonifacij & Theclæ, qui sanctorum duodecim filiorum martyrum parentes fuerunt. Thessalonicæ, sancti Fantini

confessoris,

confeſſoris, qui multa à Saracenis perpeſſus, atq; è monaſterio, in quo mira abſtinentia vixerat, expulſus, cum plurimos ad viam ſalutis perduxiſſet, demum in ſenectute bona quieuit. In territorio Meldenſi, ſancti Fiacrij confeſſoris. Bononiæ, ſancti Bononij abbatis.

31 Pridie Kalendas Septemb. Luna. E xxiiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24


t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

TReuiris, natalis S. Paulini epiſcopi, qui tempore Arianę infeſtationis, à Conſtantio Imperatore Ariano ob catholicã fidem exilio relegatus, & extra Chriſtianum nomẽ vſque ad mortem mutando exilia fatigatus, tãdem apud Phrygiam defunctus, beatæ paſſionis coronam percepit à Domino. Item, ſanctorum martyrum Robuſtiani & Marci. Tranſaquis in Marſis ad lacum Fucinum, natalis ſanctorum martyrum Cæſidij presbyteri, & ſociorum, qui in perſecutione Maximini martyrio coronati ſunt. Cæſareæ in Cappadocia, SS. Theodoti, Ruffinæ, & Ammiæ: quorum duo primi ſancti Mamantis martyris parentes fuerunt, quem Ruffina in carcere peperit, & Ammia educauit. Athenis, ſancti Ariſtidis

Aristidis fide & sapientia clarissimi, qui Hadriano principi de religione Christiana volumen obtulit, nostri dogmatis continens rationem: & quòd Christus Iesus solus esset Deus, præsente ipso Imperatore luculentissimè perorauit. Antisiodori, sancti Optati episcopi & confessoris. In Anglia, sancti Aidani episcopi Lindisfarnensis, qui sanctis operibus clarus quieuit in Domino: cuius animam cum sanctus Cuthbertus ouium pastor in cælum ferri vidisset, relictis ouibus factus est monachus. Apud Nuscum, sancti Amati episcopi & confessoris.

F xxiij. Kalendis Septembris. Luna. 1

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
26	27	28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8			



IN prouincia Narbonensi, S. Ægidij abbatis & confessoris. Beneuenti, sanctorũ martyrum duodecim Fratrum. In Palęstina sanctorum Iosue & Gedeonis. Hierosolymis, beatæ Annæ prophetissæ, cuius sanctitatem sermo euangelicus prodit. Capuę via Aquaria, sancti Prisci martyris, qui fuit vnus de antiquis Christi discipulis.

Rhemis

Rhemis in Gallia, sancti Xysti discipuli B. Petri Apostoli, qui ab eo primus eiusdẽ ciuitatis episcopus consecratus, sub Nerone martyrij coronam accepit. Hadrianopoli, sancti Ammonis diaconi, & sanctarum quadraginta Virginum, quas ille erudiuit in fide. Is à Bibulo præfecto sæuè dilaniatus, atque ignita casside capite contectus, cùm euasisset illæsus, Heracleam Thracię ad Licinium tyrannũ cum ipsis virginibus mittitur: à quo gladio percussus occiditur, illæ verò partim ferro, partim igne varijs modis excruciatæ, horribilem in modum enecantur. In Hispania, sanctorum martyrum Vincentij & Læti. Populonij in Tuscia, sancti Reguli martyris, qui ex Africa veniens, ibi sub Totila martyriũ consummauit. Apud Senonas, beati Lupi episcopi & confessoris, de quo refertur, quòd quadã die, dũ præsente clero sacris altaribus adstaret, lapsa est cælitus gemma in eius calicem sanctum. Apud Aquinum, sancti Constantij episcopi, prophetiæ dono, multisque virtutibus clari. Cenomanis, sancti Victoris episcopi & confessoris. In territorio Constantiensi ad Aquas duras, sanctæ Verenæ virginis.

Quarto

G Quarto Nonas Septemb. Luna. 2
xxij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
27	28	29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9

ROmæ, ſanctę Maximæ martyris, quæ vna cum ſancto Anſano Chriſtum cõfeſſa, in perſecutione Diocletiani, dum fuſtibus cęditur, reddidit ſpiritũ. Apameæ, ſancti Antonini martyris. Item, ſanctorum martyrum Diomedis, Iuliani, Philippi, Eutychiani, Heſychij, Leonidis, Philadelphi, Menalippi, & Pantagapæ: quorum alij igne, alij aqua, enſe alij & cruce martyrium compleuerunt. Eadem die, paſſio ſanctorum Euodij, Hermogenis, & Calliſtæ germanorum. Lugduni in Gallia, natalis ſancti Iuſti epiſcopi & confeſſoris, miræ ſanctitatis & prophetici ſpiritus viri. Hic epiſcopatui cedens, & in eremum Ægypti vna cum Viatore eius lectore ſecedens, cùm aliquot annis proximam angelis vitã egiſſet, & dignus ſuorum laborum finis adueniſſet, coronam iuſtitiæ percepturus migrauit ad Dominum pridie idus Octobris: cuius ſanctũ corpus vnà cum oſſibus beati Viatoris eius miniſtri Lugdunum poſtea hac ipſa die relatum fuit. Ibidẽ, S. Elpidij epiſcopi & cõfeſſoris. In Piceno item

item sancti Elpidij abbatis, cuius nomine oppidum appellatũ, sacrum eius corpus se possidere congaudet. In monte Soracte, sancti Nonnosi abbatis, qui oratione sua ingentis molis saxum transtulit, aliísque miraculis coruscauit.

3 Tertio Nonas Septemb. Luna. A xxj.

a b c d e f g h i k l m n p q r s
11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27
t u A B C D E F F G H M N P
28 29 30 1 2 3 4 5 5 6 7 8 9 10

ROmæ, sanctæ Serapiæ virginis, quæ sub Hadriano principe cum esset tradita duobus lasciuis iuuenibus cõstuprãda, & minimè potuisset illudi, nec postmodum ardentibus facibus inflammari, iussu Berilli iudicis fustibus cæsa, dehinc gladio decollata est. Passa est autem quarto kalendas Augusti, & à beata Sabina in suo monumẽto iuxta aream Vindiciani sepulta: sed memoria ipsius martyrij hac die celebrior habetur, quando ambarum sarcophagum ibi compositum & ornatum fuit, & locus orationis condignè dicatus. Aquileiæ, sanctarũ virginum & martyrum Euphemiæ, Dorotheæ, Theclæ, & Erasmæ, quæ sub Nerone post multa supplicia gladio cęsæ sunt, & à sancto Hermagora sepultę. Capuæ, sanctorũ martyrum Aristei episcopi, & Anto-

Antonini adoleſcentis. Nicomediæ, S.Baſiliſſæ virginis & martyris, quæ annos nouē nata,cum in perſecutione Diocletiani ſub Alexandro præſide verbera, ignes, ac beſtias diuina virtute ſuperaſſet,in oratione ſpiritū Deo reddidit. Item, ſanctorum martyrum Zenonis & Charitonis, quorum alter in lebetem liquati plumbi coniectus eſt, alter in fornacem ignis immiſſus. Eodem die,natalis ſanctorum martyrum Aigulphi abbatis Lirinenſis, & ſociorum monachorum, qui præciſis linguis, oculiſque effoſſis, gladio obtruncati ſunt.Tulli in Gallia,ſancti Manſueti epiſcopi & confeſſoris.Papiæ,S.Marini diaconi. Itē,S.Symeonis Stylitæ iunioris.Corinthi,natalis ſanctæ Phœbes,cuius Apoſtolus meminit ad Romanos ſcribens. Romæ,ordinatio incōparabilis viri S.Gregorij Magni in ſummū Pōtificē, qui onus illud ſubire coactus,è ſublimiori throno clarioribus ſanctitatis radiis in orbe refulſit.

B
xx. Pridie Nonas Septemb. Luna. 4

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	30	1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11

IN monte Nebo terræ Moab, ſancti Moyſis legiſlatoris & prophetæ. Ancyræ in Galatia, natalis

natalis ſanctorũ trium puerorũ Ruffini, Siluani, & Vitalici martyrũ. Cabilone in Gallia, ſancti Marcelli martyris ſub Antonino Imperatore: qui cum à pręſide Priſco ad profanũ conuiuium fuiſſet inuitatus, & huiuſmodi epulas execrans, omnes qui aderant, cur idolis deſeruirent, libera increpatione corriperet, ab eodem pręſide inaudito crudelitatis genere, cingulo tenus defoſſus eſt in terra, ſicque triduo in laudibus Dei perſeuerans, incontaminatum ſpiritum reddidit. Antiochiæ, ſancti Babylæ puerorum magiſtri, qui vna cum octoginta pueris, quos erudiebat, pro Chriſto obtruncatus eſt. Eodem die, ſanctorum martyrum Magni, Caſti, & Maximi. Treuiris, ſancti Marcelli epiſcopi & martyris. Item, paſſio ſanctorum Theotimi, Theoduli, Ammiani, & Iuliani igne combuſtorum. Nicomedię, ſanctorum trium millium ſexcentorum vigintiocto Martyrum. Eodem die, ſanctorum Oceani centurionis, Theodori, & ſociorum, qui ſub Maximiano Imperatore diſſectis pedibus in ignem coniecti martyrium conſummarunt. Item, ſanctorum Thamelis, qui erat idolorum ſacerdos, & ſociorum martyrum, qui ſub Hadriano Imperatore necati, præmia æterna meruerũt. Neapoli in Campania, natalis ſanctæ Candidæ, quæ ſancto Petro ad eam vrbem venienti prima occurrit,

currit, atque ab eo baptizata, postea sancto fine quieuit. Ibidem, S. Candidæ iunioris, miraculis claræ. Viterbij, sanctæ Rosæ virginis.

C
xix.

Nonis Septembris. Luna. 5

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
30	1	2	3	4	5	6	7	7	8	9	10	11	12

ROmæ in suburbano, beati Victorini episcopi & martyris, qui sanctitate & miraculis clarus, sacerdotium Amiterninæ vrbis totius populi electione adeptus est: inde postmodum sub Imperatore Nerua apud Cotilias, vbi putentes & sulphureæ emanant aquæ, cum alijs Dei seruis relegatus, ab Aureliano iudice iussus est suspendi capite deorsum: quod cum per triduum pro nomine Christi passus fuisset, gloriose coronatus victor migrauit ad Dominum: cuius corpus Christiani rapiẽtes, honorifica sepultura Amiterni condiderunt. Item in Portu Romano, natalis sancti Herculani martyris. Capuę, sanctorum martyrum Quinti, Arcontij, & Donati. Eadem die, S. Romuli, aulæ Traiani præfecti, qui cum sæuitiã Imperatoris in Christianos detestaretur, cæsus virgis, capite truncatus est. Melitine in Armenia, passio sanctorũ militum

Eudoxij,

Eudoxij, Zenonis, Macarij, & sociorũ mille centũ & quatuor, qui abiicientes militiæ cingulũ, in persecutione Diocletiani pro confessione Christi necati sunt. Constantinopoli, sanctorũ martyrum Vrbani, Theodori, Menedemi, & sociorum septuaginta septem ecclesiastici ordinis, qui pro fide catholica à Valente in nauigio impositi, iussi sunt in mare comburi. In pago Taluanẽsi, monasterio Sithiu, S. Bertini abbatis. Toleti, sanctæ Obduliæ virginis.

G Octauo Idus Septemb. Luna. D xviij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	7	8	8	9	10	11	12	13

ZAchariæ prophetæ, qui de Chaldęa senex in patriam reuersus, iuxta Aggæum prophetam conditus iacet. In Hellesponto, S. Onesiphori Apostolorum discipuli, cuius meminit S. Paulus ad Timotheum scribens: qui ibidem vna cum sancto Porphyrio iussu Hadriani proconsulis acriter verberatus, & à ferocibus equis raptatus, spiritum Deo reddidit. In Africa, sanctorũ episcoporum Donatiani, Præsidij, Mansueti, Germani, & Fusculi, qui in persecutione Vuandalica iussu Hunnerici Regis Ariani pro

aſſertione catholicæ veritatis, fuſtibus diriſſimè cæſi, exilio eliminati ſunt. Inter quos etiam epiſcopus nomine Lætus, ſtrenuus atque doctiſſimus vir, poſt diuturnos carceris ſquallores incendio concrematus eſt. Alexandriæ, paſſio ſanctorum Fauſti presbyteri, Mauri, & ſociorum decem, qui ſub Decio Imperatore, & Valeriano præſide pro Chriſti nomine abſciſſis ceruicibus martyrium compleuerunt. In Cappadocia, ſanctorum martyrum Cottidi diaconi, Eugenij, & ſociorum. Veronæ, S. Petronij epiſcopi & cóſeſſoris. Romæ, S. Eleutherij abbatis, ſerui Dei, quem ſanctus Gregorius ſcribit oratione & lacrymis mortuum ſuſcitaſſe.

E xvij. Septimo Idus Septemb. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
2	3	4	5	6	7	8	9	9	10	11	12	13	14			

NIcomediæ, natalis beati Ioannis martyris, qui cùm videret crudelia edicta aduerſus Chriſtianos in foro pendere, fidei ardore accéſus, iniecta manu, illa detraxit, atq. diſcerpſit: cumque hoc relatum eſſet Diocletiano & Maximiano Auguſtis in eadem vrbe conſtitutis, omnia ſuppliciorũ genera in eum experiri iuſſerunt:

runt:quę vir nobilissimus tanta alacritate vultus ac spiritus pertulit, vt ne tristis quidẽ pro his videri potuerit. Cæsareæ in Cappadocia, sancti Eupsychij martyris, qui sub Hadriano Imperatore accusatus quòd Christianus esset, in carcerem coniectus est: & paulo pòst inde emissus, patrimonium statim vendidit, & pretium partim pauperibus, partim accusatoribus tamquam benefactoribus distribuit: sed iterum comprehensus, sub Sapritio iudice dilaniatus, & gladio cõfossus, martyriũ consummauit. Pompeiopoli in Cilicia, sancti Sozontis martyris, qui sub Maximiano Imperatore sęuissima passus, in tormẽtis reddidit spiritum. Aquileiæ, sancti Anastasij martyris, qui infimo genere natus, sed fidei confessione nobilis, martyrij palmam sanguine fuso promeruit. In territorio Augustodunensi, sanctę Reginę virginis & martyris, quæ sub proconsule Olybrio, carceris, equulei, ac lampadarum perpessa supplicia, demum capitali sententia damnata migrauit ad sponsum. Trecis, S. Nemorij diaconi, & sociorum martyrum, quos Attila rex Hunnorũ interfecit. Aurelię in Gallia, depositio S. Euortij episcopi & confessoris, qui primo Romanæ Ecclesię subdiaconus, dehinc diuino munere per columbam designatus est pontifex pręfatæ vrbis. Arelate, S. Augustalis episcopi &

confessoris. In territorio Parisiensi, S. Clodoaldi presbyteri & confessoris.

F xvj. Sexto Idus Septemb. Luna. 8

a b c d e f g h i k l m n p q r s
16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2
t u A B C D E F F G H M N P
3 4 5 6 7 8 9 10 10 11 12 13 14 15

NAtiuitas beatissimę semper virginis genitricis Dei Mariæ. Nicomediæ, natalis sancti Hadriani martyris, cum aliis viginti tribus, qui post multa supplicia, sub Diocletiano & Maximiano martyrium crurifragio consummarũt quarto nonas Martij. Eius corpus à Christianis primo Byzantium, deinde Romam hac die delatum fuit, in qua ipsius festiuitas potissimum celebratur. Alexandriæ, sanctorum martyrum Ammonis, Theophili, Neotherij, & aliorum viginti duorum. Antiochiæ, sanctorum Timothei & Fausti martyrum. Gazæ in Palæstina, sanctorum martyrum Eusebij, Nestabi, & Zenonis fratrum, qui tempore Iuliani Apostatę, irruente in eos turba gentilium, discerpti atque necati sunt. Ibidem, sancti Nestoris martyris, qui sub eodem Iuliano ab iisdem gentilibus furentibus sæuissimè cruciatus, atque pro mortuo derelictus, à Zenone sublatus, dum curaretur,

emisit

emisit spiritum. Frisingæ, S. Corbiniani primi eiusdẽ ciuitatis episcopi, qui à Gregorio secundo Pontifice maximo ordinatus, & ad prędicãdum Euangelium missus, vberes fructus in Gallia & Germania retulit, ac demum virtutibus & miraculis clarus in pace quieuit.

9 Quinto Idus Septemb. Luna. G xv.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

Nicomediæ, passio sanctorum martyrum Dorothei & Gorgonij, qui apud Diocletianum Augustum honores amplissimos consecuti, cum persecutionem, quã ille Christianis inferebat, detestarentur, præsente eo iussi sunt primo appendi, & flagris toto corpore laniari, exinde visceribus pelle nudatis, aceto & sale perfundi, sicq́ue in craticula assari, atq; ad vltimum laqueo necari. Corpus autem sancti Gorgonij postmodum Romã delatum fuit, ac via Latina positum, & inde ad basilicã S. Petri translatum. In Sabinis, trigesimo ab Vrbe milliario, sanctorum martyrũ Hyacinthi, Alexandri, & Tiburtij. Sebastæ, sancti Seueriani ordinis senatorij, qui sub Licinio Imperatore cum multos milites ad

Christum conuertisset, iussu Lysiæ præsidis saxo ad pedes ligato suspensus est, ac verberibus cæsus, & toto corpore laniatus: quibus in tormentis gratias Deo agens reddidit spiritum. Eodem die, passio sancti Stratonis, qui pro Christo ad duas arbores ligatus, atque discerptus, martyrium consummauit. Item, sanctorũ martyrum Ruffini & Ruffiniani fratrum. Romæ, S. Sergij Papæ, qui Cononi succedens, Dei Ecclesiã sanctis operibus illustrauit. In territorio Taruanẽsi, sancti Audomari episcopi & confessoris. In Scotia, sancti Querani abbatis.

A Quarto Idus Septemb. Luna. 10

xiiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
5	6	7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17

IN Africa, natalis sanctorum episcoporum Nemesiani, Felicis, Lucij, alterius item Felicis, Littei, Polyani, Victoris, Iaderis, Datiui, & aliorum: qui sub Decio & Valeriano, exurgente persecutionis rabie, ad primã cõfessionis Christi cõstantiam grauiter fustibus cæsi, deinde compedibus vincti, & ad fodienda metalla deputati, gloriosæ confessionis agonem consummarunt. Chalcedone, sanctorum martyrum Sosthenis & Victoris,

Victoris, qui in persecutione Diocletiani sub Prisco Asiæ proconsule post vincula & bestias superatas iussi sunt incendi: at illi salutantes se inuicem in osculo sancto, in oratione positi spiritum emiserunt. In Bithynia, sanctarum virginum Menodoræ, Metrodoræ, & Nymphodoræ sororum, quæ sub Maximiano Imperatore, & Frontone præside martyrio coronatæ, peruenerunt ad gloriam. Item, sanctorum martyrum Apellij, Lucæ, & Clementis. Leodij in Belgia, sancti Theodardi episcopi & martyris, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & post mortem miraculorũ gratia illuxit. Romæ, B. Hilarij Papæ, qui post sanctum Leonem magnum, ppręfuit Ecclesiæ, & sanctitate conspicuus quieuit in pace. Compostellæ, sancti Petri episcopi, qui multis virtutibus & miraculis claruit. In ciuitate Albiensi, sancti Saluij episcopi & confessoris. Tollentini in Piceno, depositio sancti Nicolai confessoris ordinis Eremitarum S. Augustini. Nouariæ, sancti Agapij confessoris. Constantinopoli, sanctæ Pulcheriæ Augustæ virginis, religione & pietate insignis.

B xiij. Tertio Idus Septemb. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
6	7	8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18			

ROmę via Salaria veteri in cœmeterio Baſillæ, natalis ſanctorum martyrum Proti & Hyacinthi eunuchorum B. Eugeniæ, qui ſub Gallieno Imperatore quòd eſſent Chriſtiani deprehenſi, ſacrificare coguntur, ſed non conſentientes, primo duriſſimè verberati ſunt, ac tandem pariter decollati. Laodiceæ in Syria, paſſio ſanctorum Diodori, Diomedis, & Didymi. Nicomediæ, paſſio plurimorum martyrum, qui cum Diocletiani regia conflagraſſet, falſo huius criminis accuſati, aceruatim necati ſunt, alij gladio, alij igne, & alij in mare demerſi. Lugduni, ſancti Patientis epiſcopi & confeſſoris. Vercellis, ſancti Æmiliani epiſcopi, ſanctitate conſpicui. Alexandriæ, ſanctæ Theodoræ, quæ cum incautè deliquiſſet, facti pænitens, mira abſtinentia & patientia in habitu ſancto incognita perſeuerauit vſque ad mortem.

Pridie

12 Pridie Idus Septemb. Luna. C xij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6
t u A B C D E F F G H M N P
7 8 9 10 11 12 13 14 14 15 16 17 18 19

ALexandriæ, natalis ſanctorum martyrum Hieronidis, Leontij, Serapionis, Seleſij, Valeriani, & Stratonis, qui ſub Maximino Imperatore ob Chriſti nominis confeſſionem in mare ſunt demerſi. Meri in Phrygia, paſſio ſanctorũ martyrũ Macedonij, Theoduli, & Tatiani, qui ſub Iuliano Apoſtata ab Almachio præſide poſt alia tormenta ſuper crates ferreas ignitas poſiti, exultantes martyrium compleuerunt. In Bithynia, ſancti Autonomi epiſcopi & martyris, qui ex Italia, Diocletiani perſecutionem declinans, illuc profectus, cum plurimos cõuertiſſet ad fidẽ, à furentibus gentilibus dum ſacra myſteria perageret, ad altare mactatus, Chriſti hoſtia effectus eſt. Iconij in Lycaonia, ſancti Curonoti epiſcopi, qui ſub Perennio præſide capite truncatus martyrij palmã accepit. Ticini, ſanctorũ epiſcoporum Syri & Iuentij, qui à beato Hermagora ad eam vrbem directi, primo illic Chriſti Euangelium prædicantes, & magnis virtutibus ac miraculis coruſcantes, etiam vicinas

vrbes

vrbes diuinis operibus illuſtrarunt; ſicque in pontificali honore glorioſo fine quieuerunt in pace. Lugduni, depoſitio ſancti Sacerdotis epiſcopi. Veronæ, ſancti Siluini epiſcopi & confeſſoris. Anderlaci, ſancti Guidonis confeſſoris.

D xj. Idibus Septemb. Luna. 13

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
8	9	10	11	12	13	14	15	15	16	17	18	19	20			

ALexandriæ, natalis beati Philippi patris ſanctæ Eugeniæ virginis. Hic dignitatem præfecturæ Ægypti deſerens, baptiſmi gratiam aſſecutus eſt: quem in oratione conſtitutũ iuſſit Terentius præfectus eius ſucceſſor gladio iugulari, tempore Galli & Voluſiani Imperatorum. Item, ſanctorum martyrũ Macrobij & Iuliani, qui ſub Licinio paſſi ſunt. Eodem die, S. Ligorij martyris, qui in eremo degens, à gentilibus ob Chriſti fidem necatus eſt. Alexandriæ, S. Eulogij epiſcopi, doctrina & ſanctitate celebris. Andegaui in Gallia, ſancti Maurilij epiſcopi & cõfeſſoris, qui innumeris miraculis claruit. Apud Senonas, ſancti Amati epiſcopi & confeſſoris. Ipſo die, ſancti Venerij confeſſoris, admirandæ ſanctitatis viri, qui in inſula Palmaria vitam eremiticam

ticam duxit. In monasterio Romarico in Gallia, S. Amati presbyteri & abbatis, qui sanctitate clarus migrauit ad Dominum.

14 Decimooctauo Kal. Octob. Luna. E x

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21

EXaltatio S. Crucis, quãdo eam Heraclius Imperator, Cosdroa Rege deuicto, de Perside Hierosolymã reportauit. Romæ via Appia, beati Cornelij Papæ & martyris, qui sancto Fabiano succedens, in persecutione Decij post exilij relegationem iussus est plumbatis cędi, & sic cum aliis viginti & vno promiscui sexus decollari. Sed & Cærealis miles, & Salustia eius vxor, quos idem Cornelius in fide instruxerat, eodem die capite plexi sunt. In Africa, passio S. Cypriani Carthaginiẽsis episcopi, sanctitate & doctrina clarissimi: qui sub Valeriano & Gallieno principibus post durum exiliũ detruncatione capitis martyrium cõsummauit, sexto milliario à Carthagine iuxta mare. Ibidem quoque passi sunt eodem die, sancti martyres Crescentianus, Victor, Rosula, & Generalis. Romæ, S. Crescentij pueri, filij S. Euthymij, qui in persecutione Diocletiani

cletiani ſub Turpilio iudice via Salaria gladio percuſſus occubuit. Treuiris, S. Materni epiſcopi, diſcipuli beati Petri Apoſtoli, qui Tungrenſes, Colonienſes, & Treuirenſes, alioſque finitimos populos ad Chriſti fidem perduxit. Eodem die, natalis ſancti Ioannis Chryſoſtomi epiſcopi Conſtantinopolitani, qui inimicorum epiſcoporum factione in exilium eiectus, ac poſtmodum Innocentij primi ſummi Pontificis decreto inde reuocatus, in itinere à cuſtodientibus militibus multa mala perpeſſus, animam Deo reddidit: eius tamē feſtiuitas ſexto kalendas Februarij celebratur, qua die ſacrū ipſius corpus à Theodoſio iuniore Cōſtantinopolim fuit tranſlatū.

F ix. Decimoſeptimo Kal. Octob. Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

OCtaua Natiuitatis B. Mariæ virginis. Romæ via Numentana, natalis B. Nicomedis presbyteri & martyris, qui ſub Domitiano Imperatore cum diceret compellentibus ſe ſacrificare: Ego non ſacrifico niſi Deo omnipotenti, qui regnat in cælis; plumbatis diutiſſimè cæſus migrauit ad Dominum. In territorio Cabilonenſi,

bilonensi, sancti Valeriani martyris, quẽ Priscus præses suspensum, & graui vngularum laceratione cruciatum, cùm in Christi confessione videret immobilem, ac læto animo in eius laudibus permanentem, gladio animaduerti fecit. Eodem die, sancti Nicetę Gothi martyris, qui ab Athanarico Rege catholicos persequente iussus est in ignem immitti. Item, S. Porphyrij mimi, qui corã Iuliano Apostata per iocũ baptismum suscipiens, Dei virtute de repente mutatus Christianum se esse professus est, ac mox iubente eo securi percussus, martyrio coronatus migrauit in cælum. Cordubæ, sanctorũ martyrum Emilę & Hieremiæ, qui in persecutione Arabica post longam carceris marcerationem, ceruicibus pro Christo abscissis martyriũ compleuerunt. Tulli in Gallia, sancti Apri episcopi. Carnuti, sancti Leobini episcopi & confessoris. Lugduni, sancti Albini Episcopi & confessoris. Eodem die, depositio sancti Aichardi abbatis. In Anglia, sanctæ Eutropiæ viduæ.

16 Decimosexto Kal. Octob. Luna. G viij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
11	12	13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23			

Chalce-

CHalcedone, natalis sanctę Euphemiæ virginis & martyris, quæ sub Diocletiano Imperatore, & Prisco proconsule tormenta & carceres, verbera & argumenta rotarum, ignes & pondera lapidum, bestias & plagas virgarum, serras acutas, & sartagines ignitas pro Christo superans, rursum in theatrum ad bestias ducta, cum orasset ad Dominum, vt iam spiritū suum susciperet, vna ex iis morsum sancto corpori infigente, cæteris pedes eius lambentibus, immaculatum spiritū Domino reddidit. Romæ, sanctorum martyrum Luciæ nobilis matronæ, & Geminiani, quos Diocletianus Imperator pœnis grauissimis afflictos, diuque tortos, tandem post laudabilem martyrij victoriam gladio animaduerti præcepit. Item Romæ via Flaminea, passio sanctorū Abundij presbyteri, Abundantij diaconi, Marciani & Ioannis, qui in persecutione Diocletiani martyriū compleuerunt. Hadrianopoli, sanctorū martyrum Maximi, Theoduli, & Asclepiodoti, qui virgis cæsi, manibus pedibusq; & naribus mutilati, sub Maximiano Imperatore martyrio coronati sunt. Heracleę in Thracia, sanctę Sebastianæ martyris, quę à beato Paulo Apostolo ad Christi fidē perducta, sub Domitiano Imperatore & Sergio præside variis modis tentata, gladio tandem cæsa est. Marcianopoli,

nopoli, ſanctæ Melitinæ martyris, quæ ſub Antonino Imperatore, & Antiocho pręſide ad gentilium fana ſemel & iterum ducta, cum idola ſemper corruerēt, ſuſpenſa & laniata, ac demum ſecuri percuſſa, martyrij palmam accepit. In Scotia, ſancti Niniani epiſcopi & confeſſoris. In Anglia, ſanctæ Edithæ virginis, Edgari Anglorum regis filiæ, quæ à teneris annis Deo dicata, ſæculum hoc ignorauit potius, quàm reliquit. In Monte Politiano, B. Agnetis virginis miraculis claræ.

17 Decimoquinto Kal. Octob. Luna. A vij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

ROmæ via Tiburtina, natalis S. Iuſtini presbyteri & martyris, qui in perſecutione Valeriani & Gallieni confeſſionis gloria fuit inſignis. Hic Xyſti Pontificis, Laurentij, Hippolyti & Concordiæ, aliorumq́; plurimorum ſanctorum corpora ſepeliuit. Item Romæ, ſanctorum martyrum Narciſci & Creſcentionis. In Britannia, ſanctorū martyrum Socratis & Stephani. Nouioduni, ſanctorum martyrum Valeriani, Macrini, & Gordiani. Auguſtoduni, ſancti

Flocelli pueri, qui ſub Antonino Imperatore,& Valeriano præſide multa paſſus, demum à feris diſcerptus, martyrij coronam adeptus eſt. Apud Leodium, beati Lamberti epiſcopi Tungrenſis, qui cum regiam domum zelo religionis increpaſſet, à nocentibus innocens occiſus, aulam regni cęleſtis perpetuo victurus intrauit. Eodem die, ſanctæ Agathonicæ ancillæ cuiuſdam mulieris infidelis, quæ longo tempore verberibus, aliiſque ærumnis ab ea vexata, vt Chriſtum negaret, oblata demum iudici, & ſæuius laniata, cum in confeſſione fidei perſiſteret, exciſa lingua in ignē proiecta eſt. Cordubæ, S. Columbæ virginis & martyris. Mediolani, depoſitio ſancti Satyri cōfeſſoris, fratris S. Ambroſij epiſcopi. Romæ, ſanctæ Theodoræ matronæ, quæ in perſecutione Diocletiani ſanctis martyribus ſedulo miniſtrabat. Apud Bingiam in diœceſi Maguntinenſi, ſanctæ Hildegardis virginis.

B vj. Decimoquarto Kal. Octob. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

NAtalis S. Methodij, Olympi Lycię, & poſtea Tyri epiſcopi, ſermonis nitore ac doctrina

ctrina celebris: qui ſub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ, vt ſcribit ſanctus Hieronymus, martyrio coronatus eſt. In territorio Vienneſi, S. Ferreoli martyris, qui cum eſſet tribuniciæ poteſtatis, iuſſu Criſpini impiiſſimi præſidis tentus, & primo crudeliſſimè verberatus, deinde graui catenarum pondere onuſtus in teterrimum carcerem truſus eſt; vnde ſolutis Dei nutu vinculis, & ianuis carceris patefactis exiẽs, ab inſequentibus captus, martyrij palmã capitis obtruncatione percepit. Eodem die, S. Ariadnæ martyris, quæ ſub Hadriano Imperatore variè cruciata, victoriæ coronam gladio cæſa promeruit. Item, ſanctarum martyrum Sophiæ & Irenes. Mediolani, S. Euſtorgij epiſcopi & confeſſoris. Gortynæ in Creta, ſancti Eumeni epiſcopi & confeſſoris.

19 Decimotertio Kal. Octob. Luna. C v.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
14	15	16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26

PVteolis in Campania, ſanctorum martyrũ Ianuarij Beneuentanæ ciuitatis epiſcopi, Feſti eius diaconi, & Deſiderij lectotis; Soſij diaconi eccleſiæ Miſenatis, de cuius capite, cum

is paulò antè Euangeliū legeret in ecclesia præfatæ ciuitatis, vidit episcopus Ianuarius flammā exurgere, & prædixit eum martyrem futurum: item Proculi diaconi Puteolani, Eutychis & Acatij, qui post vincula & carceres capite cæsi sunt sub Diocletiano principe. Corpus sancti Ianuarij Neapolim fuit delatum, atque honorificè in ecclesia tumulatum: vbi etiam beatissimi martyris sanguis in ampulla vitrea adhuc seruatur, qui eius capiti appositus, velut recens liquescere & ebullire conspicitur. In Palæstina, sanctorum martyrum Pelei & Nili episcoporum in Ægypto, qui tempore persecutionis Diocletiani cū plurimis clericis pro Christo igne cōsumpti sunt. Nuceriæ, natalis sanctorū Felicis & Constantiæ, qui passi sunt sub Nerone. Eodem die, sanctorum martyrum Trophimi, Sabbatij, & Dorymedontis, sub Probo Imperatore: quorum Sabbatius Antiochiæ iussu Attici præsidis tamdiu flagris cæsus est, donec emitteret spiritum: Trophimus verò Synnadam ad Perennium præsidem missus, post multos cruciatus cum Dorymedonte senatore capitis damnatus martyrium consummauit. Cordubæ, sanctæ Pomposæ virginis & martyris, quæ corā iudice Arabo Christum professa, amputato capite martyrij corona donatur. Cantuariæ, S. Theodori episcopi, qui à Vitaliano

Vitaliano Papa in Angliam miſſus, eccleſiã ſibi creditam mira vigilantia gubernauit, ac demum doctrina & ſanctitate celebris quieuit in Domino. Turonis, ſancti Euſtochij epiſcopi, magnarum virtutũ viri. In territorio Lingonienſi, ſancti Sequani presbyteri & confeſſoris.

20 Duodecimo Kal. Octob. Luna. D iiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
15	16	17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27

VIgilia ſancti Matthęi Apoſtoli & Euangeliſtæ. Romæ, paſſio ſanctorũ martyrum Euſtachij, & Theopiſtis vxoris eius, cum duobus filiis Agapio & Theopiſto, qui ſub Hadriano Imperatore damnati ad beſtias, ſed Dei ope ab iis nil læſi, in bouem æneum candentem incluſi, martyrium conſummarũt. Cyzici in Propontide, natalis ſanctorum martyrum Fauſtæ virginis, & Euilaſij, ſub Maximiano Imperatore: quorum Fauſta ab eodem Euilaſio idolorum ſacerdote decaluata, & ad turpitudinẽ raſa, ſuſpenſa, & torta eſt; deinde cum vellet eam quaſi lignum mediam ſecare, & carnifices lædere non valerẽt, ſtupens Euilaſius, in Chriſtum credidit: & dum fortiter Imperatoris iuſſu & ipſe torque-

retur, Fausta capite terebrata, clauis toto corpore confixa, & sartagini ignitæ imposita, cum eo, voce de cælo vocata, transiuit ad Dominum. In Phrygia, sanctorum martyrum Dionysij & Priuati. Cordubæ, sancti Eulogij presbyteri pro Christo decollati. Pergæ in Pamphylia, sanctorum Theodori, & Philippæ matris, & sociorum martyrũ sub Antonino Imperatore. Carthagine, sanctæ Candidæ virginis & martyris, quæ sub Maximiano Imperatore plagis toto corpore dilacerata, martyrio coronata est. Item, sanctarum martyrum Susannæ filiæ Arthemij idolorum sacerdotis, & Marthæ. Romæ, S. Agapeti Papæ, qui post Ioannem secundum Ecclesiæ præfuit, & sanctis operibus clarus inigrauit in cœlum.

E iij. Vndecimo Kal. Octob. Luna. 21

a b c d e f g h i k l m n p q r s
29 30 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
t u A B C D E F F G H M N P
16 17 18 19 20 21 22 23 23 24 25 26 27 28

Natalis S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ, qui in Æthiopia prædicans, martyrium passus est. Huius Euangelium Hebræo sermone conscriptum, ipso reuelante inuentum est vnà cum corpore beati Barnabæ, tempore Zenonis Imperatoris. In terra Saar, sancti Ionæ prophetæ,

prophetæ, qui ſepultus eſt in Geth. Romæ, ſancti Pamphili martyris. Item via Claudia vigeſimo ab Vrbe milliario, paſſio ſancti Alexandri epiſcopi, qui ſub Antonino Imperatore Cornelio præſide tentus, & Romā perductus, pro fide Chriſti vincula, fuſtes, equuleum, lampades ardentes, vngularum laniationem, beſtias, ac fornacis flaminas ſuperans, tandem gladio cæſus, vitā adeptus eſt glorioſam. Eius corpus poſtea beatus Damaſus Papa in vrbem tranſtulit, atque in ſepulchro à ſe honorificè exornato condidit ſexto kalendas Decembris, qua die feſtiuitatem illius celebrandam inſtituit. In Phœnicia, S. Euſebij martyris, qui vltro pręfectum adiens, & ſe Chriſtianum eſſe denuntias, ab eo multis tormentis afflictus capite cæſus eſt. Conſtantinopoli, ſanctorū martyrum Hyppatij epiſcopi Aſiani, & Andreæ presbyteri, qui ob cultū ſanctarū imaginum ſub Leone Imperatore barba pice illita & incenſa, & cute capitis extracta iugulati ſunt. Item, ſancti Priſci martyris, qui igne crematus, martyrio meruit coronari. In Cypro, ſancti Iſacij epiſcopi & martyris. Ibidem, ſancti Meletij epiſcopi & confeſſoris. In Æthiopia, ſanctæ Iphigeniæ virginis, quæ à B. Matthæo Apoſtolo baptizata, & Deo dicata, ſancto fine quieuit.

F ij. Decimo Kal. Octob. Luna. xi

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
17	18	19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29			

SEduni in Gallia in loco Agauno, natalis sanctorũ martyrũ Thebæorum, Mauritij, Exuperij, Candidi, Victoris, Innocentij, & Vitalis, cũ sociis eiusdẽ legionis, qui sub Maximiano pro Christo necati, gloriosa passione mundum illustrarunt. Apud pagum Castrensium, sancti Ionæ presbyteri & martyris, qui cũ sancto Dionysio profectus in Galliã, iussu Iuliani præfecti verberibus cæsus, gladio martyrium consummauit. Ratispone in Bauaria, sancti Emmerami episcopi & martyris, qui vt alios liberaret, mortem sæuissimam Christi causa patienter subiit. Antinopoli in Ægypto, sanctæ Iraidis virginis Alexandrinæ, & sociorum martyrum: quæ ad hauriendam è proximo fonte aquã egressa, cum vidisset nauim confessoribus Christi onustam, relicta hydria protinus se illis adiunxit, ac simul cum iis in vrbem ducta, prima omnium, post multa supplicia, capite cæsa est; deinde presbyteri & diaconi, virgines & mulieres, aliique omnes eodem mortis genere consumpti, coronam vitæ

vitæ meruerunt in cœlis. Apud ciuitatem Meldenſem, B. Sanctini epiſcopi, diſcipuli S. Dionyſij Areopagitæ, qui eiuſdem ciuitatis epiſcopus ab eo conſecratus, primus illic Euangelium prædicauit. In territorio Conſtantienſi, S. Laudonis epiſcopi. In pago Pictauienſi, S. Florentij presbyteri & confeſſoris. In territorio Bituricenſi, ſancti Siluani confeſſoris. Lauduni, ſanctæ Salabergæ abbatiſſæ.

23 Nono Kal. Octob. Luna. G j.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
18	19	20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30			

ROmæ, S. Lini Papæ & martyris, qui primus à beato Petro Apoſtolo Romanam Eccleſiam gubernauit, & martyrio coronatus, ſepultus eſt in Vaticano prope eundem Apoſtolum. Iconij in Lycaonia, ſanctæ Theclæ virginis & martyris, quæ à ſancto Paulo Apoſtolo ad fidem perducta, ſub Nerone Imperatore in confeſſione Chriſti ignes ac beſtias deuicit, & poſt plurima ad doctrinam multorum ſuperata certamina, Seleuciã veniens, ibi requieuit in pace. Eam, ſancti Patres ſummis laudibus celebrant, & dignis præconiis extollunt. In Africa, ſanctorum

rum martyrum Andreæ, Ioannis, Petri, & Antonij. In territorio Cōstantiensi, sancti Paterni episcopi & confessoris. Eodem die, sancti Constantij episcopi Aquinatis, prophetię spiritu clari. Anconæ, S. Constantij ecclesiæ mansionarij, miraculorum gratia conspicui. In Hispania, sanctarum mulierum Xantippæ & Polyxenæ, quæ fuerunt Apostolorum discipulæ.

A
* Octauo Kal. Octob. Luna. 24

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
19	20	21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1			

ROmæ, sanctorū martyrum Eusebij, Pudentiani, Vincentij, Peregrini, Iulij, & Pontij, qui sub Marco Aurelio Imperatore passi sunt. Augustoduni, natalis sanctorum martyrum Andochij presbyteri, Thyrsi diaconi, & Felicis, qui à beato Polycarpo Smyrnensi episcopo ad docendam Galliam directi, ibidem flagellis durissimè cæsi, ac tota die inuersis manibus suspensi, & in ignem missi, sed non combusti, tandem vectibus eorum colla feriuntur, & ita gloriosissime coronantur. In Ægypto, passio sanctorum Paphnutij, & sociorum martyrum. Is vitam in solitudine agens, cum audiret multos Christia-

Christianos in vinculis retineri, diuino spiritu concitus sponte præfecto se offert, & Christianam religionẽ liberè profitetur: à quo primum cathenis ferreis cõstringitur, & in equuleo diutissimè torquetur: deinde cum aliis plurimis ad Diocletianũ mittitur, cuius iussu palmæ affigitur, cæteri autem ferro necantur. Chalcedone, sanctorum quadragintanouem Martyrum, qui post martyrium sanctæ Euphemiæ sub Diocletiano Imperatore damnati ad bestias, & ab iis diuinitus liberati, demum gladio percussi migrauerunt in cælũ. In Pannonia, sancti Gerardi episcopi & martyris. Aruernis, depositio sancti Rustici episcopi & confessoris. In territorio Beluacensi, S. Germani abbatis.

25 Septimo Kal. Octob. Luna. B xxix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

IN castello Emmaus, quod est Nicopolis Palæstinæ, natalis beati Cleophæ Christi discipuli, quem tradunt in eadẽ domo, in qua mensam Domino parauerat, pro confessione illius à Iudęis occisum, & gloriosa memoria sepultum. Romæ, sancti Herculiani militis, qui vidẽs præclara

clara miracula in martyrio beati Alexandri episcopi, ad Christum conuersus est, & Antoninum Imperatorem redarguēs quòd Christianos persequeretur, ab eodem post multa tormenta gladio cæsus est. Ambiani in Gallia, beati Firmini episcopi, qui in persecutione Diocletiani sub Rictiouaro præside post varia tormenta capitis decollatione martyrium sumpsit. Damasci, sanctorum martyrum Pauli, & Tattæ eius coniugis, ac Sabiniani, Maximi, Ruffi, & Eugenij filiorum: qui Christianæ religionis accusati, verberibus, aliisque suppliciis variè torti, animas Deo reddiderunt. In Asia, passio sanctorum Bardomiani, Eucarpi, & aliorum viginti sex martyrum. Mediolani, sancti Anathalonis episcopi, discipuli sancti Barnabæ. Lugduni, depositio sancti Lupi episcopi ex anachoreta. Antisiodori, sancti Anacharij episcopi & confessoris. Blesis, sancti Solemnis episcopi Carnutensis, miraculis clari. Eodem die, sancti Principij Suessionensis episcopi, fratris beati Remigij episcopi. Anagniæ, sanctarum virginum Aureliæ & Neomisiæ.

Sexto

C xxviij.

Sexto Kal. Octob. Luna.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

NIcomediæ, natalis ſanctorum martyrum Cypriani & Iuſtinæ virginis, quæ ſub Diocletiano Imperatore, & Eutholmio præſide multa pro Chriſto perpeſſa, ipſum quoque Cyprianum, cum eſſet magus, & ſuis artibus eam dementare conaretur, conuertit ad Chriſtum: cum quo poſtea martyrium ſumpſit. Horum corpora feris obiecta, noctu quidã nautæ Chriſtiani rapuerunt, & Romam detulerunt: quæ poſtmodũ in baſilicam Cõſtantinianam tranſlata, ibi debito honore ſeruantur. In Armenia, ſanctarum virginum & martyrum Ripſimis, & ſociarum triginta ſex, quæ ſub Teridare Armeniæ rege, tempore Diocletiani, ob tuendam caſtitatem, quam Deo vouerant, ſæuiſſimè cæſæ ſunt: quas die ſequenti ſancta Gaiana earum educatrix, & aliæ virgines, per diuerſa tormenta ſecutæ ſunt ad coronam. Romæ, ſancti Euſebij Papæ & confeſſoris, qui ſancto Marcello ſuccedens, Maxentij furorem & ipſe ſuſtinuit: ſed Eccleſiæ perſecutione tandem ceſſante, in pace quieuit.

quieuit. Bononiæ, S. Eusebij episcopi & confessoris. Albani, sancti Senatoris. Tuderti, sancti Amantij presbyteri, gratia miraculorũ illustris.

D
xxvij.

Quinto Kalendas Octob. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
22	23	24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4			

AEgeę, natalis sanctorũ martyrum Cosmæ & Damiani fratrum, qui in persecutione Diocletiani post multa tormenta, vincula & carceres, post mare & ignes, cruces, lapidationem, & sagittas diuinitus superatas, capite plectuntur: cum quibus etiam tres eorum fratres germani passi dicuntur, Anthimus, Leontinus, & Euprepius. Ibidem, sanctæ Epicharidis mulieris senatoriæ, quæ in eadẽ persecutione plumbatis cæsa, gladio percussa est. Romæ, sanctorum martyrũ Callistrati, & aliorũ quadraginta nouem militum, qui in persecutione eiusdem Diocletiani, cum Callistratus insutus culeo, & in mare demersus, Dei ope euasisset incolumis, conuersi ad Christum, cũ eo pariter martyrium subierunt. Ibidem, sancti Marini viri illustris, qui post dictos milites martyrio coronatus est. Cordubæ, sanctorum martyrum Adulphi & Ioannis

oannis fratrum, qui pro Chriſto coronati ſunt. :odem die, ſancti Marci, qui & Ioannes à beato .uca nominatur. Hic Bibli epiſcopus ordina- us, ſic Deo probatus erat, vt ipſius etiam vmbra nfirmos curaret. Seduni in Gallia, ſancti Flo- entini martyris, qui vna cũ beato Hilario poſt bſciſſionem linguæ iuſſus eſt gladio feriri. Me- iolani, ſancti Caij epiſcopi, diſcipuli beati Bar- nabæ Apoſtoli, qui ſanctos Geruaſium & Pro- aſium baptiſauit, & multa in perſecutione Ne- onis paſſus, in pace quieuit. Rauennæ, ſancti Aderiti epiſcopi & confeſſoris. Pariſijs, ſancti :leazari comitis. In Hannonia, ſanctæ Hiltru- lis virginis.

E

Quarto Kal. Octob. Luna. xxvj. 25

.	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	24	25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5

ROmæ, ſancti Stactei martyris. In Africa, ſanctorũ martyrum Martialis, Laurentij, z aliorũ viginti. Antiochiæ Piſidiæ, ſanctorum nartyrũ Marci paſtoris ouium, Alphij, Alexan- ri, & Zoſimi fratrum, Niconis, Neonis, Helio- ori, & triginta militum, qui ad miracula beati Marci credentes in Chriſtum, diuerſis in locis, variiſque

variisque modis martyrio sunt coronati. Item, sanctorum martyrum Alexandri, & aliorum triginta. Eodem die, passio S. Maximi sub Decio Imperatore. In Boëmia, sancti Vuencesslai ducis Boëmorum & martyris, sanctitate & miraculis gloriosi, qui in domo fratris sui necatus, victor peruenit ad palmam. Tholosæ, sancti Exuperij episcopi & confessoris, qui beatus vir quantum sibi extiterit parcus, quantumque aliis largus, sanctus Hieronymus relatu prosecutus est memorabili. Ianuæ, sancti Salomonis episcopi & confessoris. Eodem die, sanctæ Eustochij virginis, filiæ beatæ Paulæ, quæ ad Præsepe Domini cum aliis virginibus enutrita, præclaris meritis fulgens migrauit ad Dominum. In Germania, sanctæ Liobæ virginis, quæ sanctitate & miraculis claruit.

F
xxiiij.
XXV

Tertio Kal. Octob. Luna. 29

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
24	25	26	27	28	29	1	2	1	2	3	4	5	6			

IN monte Gargano, venerabilis memoria B. Michaelis archangeli, quando in ipsius nomine ibi consecrata fuit ecclesia, vili quidē facta schemate, sed cælesti prædita virtute. In Thracia, natalis

natalis ſanctorum martyrum Eutychij, Plauti, & Heracleæ. In Perſide, ſanctæ Gudeliæ martyris, quæ cum plurimos conuertiſſet ad Chriſtum, ac ſolem & ignem adorare noluiſſet, ſub Sapore Rege poſt multa tormenta, cute capitis detracta, ligno affixa meruit obtinere triumphum. Ibidem, ſanctorum martyrum Dadæ Saporis Regis conſanguinei, Caſdoæ vxoris, & Gabdelæ filij, qui honoribus ſpoliati, ac variis tormentis dilaniati, poſt longos carceres gladio ſunt animaduerſi. Antiſiodori, depoſitio ſancti Fraterni epiſcopi & confeſſoris. Regij, S. Maximi epiſcopi miraculis clari. Fregellis in Latio, S. Grimoaldi presbyteri & confeſſoris. In Palæſtina ſancti Quiriaci anachoritæ.

Pridie Kalend. Octob. Luna. G xxiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
25	26	27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7			

IN Bethleem Iudæ, depoſitio S. Hieronymi presbyteri, & Eccleſię doctoris, qui omnium ſtudia literarum adeptus, ac probatorum monachorũ imitator factus, multa hæreſum monſtra gladio ſuæ doctrinæ confodit: demũ cum ad decrepitã vſque vixiſſet ętatẽ, in pace quieuit, ſepultuſ-


ſepultuſque eſt ad Præſepe Domini: cuius corpus poſtea Romam delatum, in baſilica ſanctæ Mariæ maioris digno honore ſeruatur. Eodem die, ſancti Leopardi martyris, ex domeſticis Iuliani Apoſtatæ, cui caput Romæ amputatũ fuit, & corpus eius poſtmodũ Aquiſgranum tranſlatum. Solodori in Gallia, paſſio ſanctorũ martyrum Victoris & Vrſi ex glorioſa legione Thebæorũ, qui ſub Maximiano Imperatore primò diris ſuppliciis excruciati, ſed cæleſti ſuper eos lumine coruſcante, ruentibus in terrã miniſtris, erepti; deinde in ignem miſſi, ſed in nullo penitus læſi, nouiſſimè gladio conſummati ſunt. Placentiæ, ſancti Antonini martyris, ex eadem legione. In Armenia, ſancti Gregorij epiſcopi, qui ſub Diocletiano multa paſſus, tandem in pace quieuit. Cantuariæ in Anglia, ſancti Honorij epiſcopi & confeſſoris. Romæ, ſanctæ Sophiæ viduæ.

Kalendis

Kalendis Octobris. Luna. A xxij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
26	27	28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8



RHemis in Gallia, sancti Remigij episcopi & confessoris, qui gentem Francorum conuertit ad Christum, Clodouco ipsorũ Rege sacro fonte baptismatis, & fidei sacramẽtis initiato: & cùm annos septuaginta, & eo amplius, in episcopatu explesset, sanctitate & miraculorũ virtute conspicuus decessit è vita Idib⁹ Ianuarij: eius tamen festiuitas hac die recolitur, qua sacrũ ipsius corpus postea fuit translatũ. Romę, B. Aretæ martyris, & aliorũ quingentorum quattuor. Tomis in Ponto, sanctorum martyrum Prisci, Crescentis, & Euagrij. Vlysipone in Lusitania, sanctorũ martyrũ Verissimi, Maximæ & Iuliæ sororum, qui in persecutione Diocletiani passi sunt. Tornaci, sancti Piatonis præsbyteri & martyris, qui cum beato Quinctino, eiusque socijs ab vrbe Roma in Galliã prædicationis causa perrexit, ac postea cõsummato martyrio migrauit ad Dñm. In portu Ganda, S. Bauouis confessoris. Vrbe veteri, sancti Seueri presbyteri & confessoris.

B Sexto Nonas Octob. Luna. 1
xxj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ	
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
27	28	29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9				

NIcomediæ, ſancti Eleutherij militis & martyris, cum aliis innumeris; quorum iubente ſæuiſſimo Imperatore Diocletiano, alij gladijs obtruncabantur, alij ignibus cremabantur, alij in mare præcipitabantur: ſed horũ primus Eleutherius, cũ diu cruciatus per tormenta ſingula validior redderetur, martyrium victoriȩ ſuȩ, ignibus velut aurũ examinatus, compleuit. In territorio Atrebatẽſi, paſſio beati Leodegarij Auguſtodunenſis epiſcopi, quem variis iniurijs & diuerſis ſupplicijs pro veritate afflictũ, Ebroinus maior domus Childerici Regis interfecit. Item, ſancti Gairini martyris, fratris eiuſdem beati Leodegarij, qui ibidem lapidibus obrutus eſt. Antiochiȩ, ſanctorũ martyrũ Primi, Cyrilli, & Secundarij. Conſtantinopoli, S. Theophili monachi, qui cùm Leonem Iſauricum aduerſus ſacras imagines edicta promulgantem, coram argueret, iuſſus eſt ſæuiſſimè cædi, & diu in carcere detineri: demum in exilium pulſus, multis ærumnis ac laboribus confectus migrauit ad Domi-

Dominum. Herfordię in Anglia, sancti Thomę episcopi & confessoris.

3 Quinto Nonas Octob. Luna. C xx.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
28	29	1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10			

ROmæ ad Vrsum pileatum, sancti Candidi martyris. Eodem die, sanctorum martyrum Dionysij, Fausti, Caij, Petri, Pauli, & aliorum quattuor, qui primo sub Decio multa passi, demum sub Valeriano ab Æmiliano pręside diu tormentis vexati, martyrij palmam meruerunt. Apud antiquos Saxones, sanctorum martyrum duorum Heuualdorum, qui cum essent presbyteri, & Christum ibi prædicare cœpissent, comprehensi sunt à paganis & occisi: ad quorũ corpora noctu multa lux diu apparens, & vbi essent, & cuius essent meriti declarauit. In Africa, sancti Maximiani episcopi Sagiensis, qui à Donatistis iterum atque iterum sęuissima passus, ex alta denique turri præcipitatus, & pro mortuo derelictus, Dei ope adhuc superstes, gloria confessionis illustris quieuit in Domino. In Palęstina, sancti Hesychij confessoris, discipuli sancti Hilarionis, & in peregrinatione socij.

Apud Belgas in diœcesi Namurcensi, S. Gerardi abbatis & confessoris.

D xix. Quarto Nonas Octob. Luna. 4

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
29	1	2	3	4	5	6	7	6	7	8	9	10	11			

ASsisij in Vmbria, natalis S. Francisci confessoris, fundatoris ordinis Minorũ, cuius vitam sanctitate ac miraculis plenam sanctus Bonauentura conscripsit. Corinthi, natalis sanctorum Crispi & Caij, quorum meminit sanctus Paulus ad Corinthios scribens. In Ægypto, sanctorum martyrum Marci & Marciani fratrum, & aliorũ pene innumerabilium vtriusque sexus, atque omnis ætatis: quorum alij post verbera, alij post diuersi generis horribiles cruciatus flammis traditi, alij in mare pręcipitati, nonnulli capite cæsi, plurimi inedia consumpti, alij patibulis affixi, quidã etiã capite deorsum verso, & pedibus in sublime sublatis, beatissimã martyrij coronam meruerunt. In Sicilia, S. Donati monachi & martyris, discipuli sancti Benedicti abbatis: qui captus à Saracenis, cum Christum negare nollet, gladio percussus est. Amassis apud paludem Mœotidem, sancti Petri presbyteri & martyris,

martyris, qui accuſatus apud Agarenorũ principem, quòd fidẽ Chriſti doceret, lingua, manibus, pedibusq́ue amputatis, cruci affixus martyrium conſummauit. Alexandriæ, ſanctorum presbyterorũ & diaconorũ Caij, Fauſti, Euſebij, Chæremonis, Lucij, & ſociorum: quorum alij in perſecutione Valeriani martyres facti, alij martyribus ſeruientes, mercedem martyrum receperunt. Athenis, ſancti Hierothei diſcipuli beati Pauli Apoſtoli. Bononiæ, ſancti Petronij epiſcopi & confeſſoris, qui doctrina, miraculis, & ſanctitate claruit. Lutetię Pariſiorum, ſanctæ Aureæ virginis.

Tertio Nonas Octob. Luna. E xviij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29
u A B C D E F F G H M N P
1 2 3 4 5 6 7 8 7 8 9 10 11 12

NAtalis beati Thraſeæ epiſcopi Eumeniæ, apud Smyrnam martyrio conſummati. Meſſanæ in Sicilia, natalis ſanctorũ martyrum Placidi monachi, diſcipuli beati Benedicti abbatis, & fratrum eius Eutychij & Victorini, ac Flauiæ virginis eorũ ſororis, aliorumq; triginta, qui à Manucha pirata pro Chriſti fide necati ſunt. Eodem die, paſſio ſanctæ Charitinæ virginis,

ginis, quæ ſub Diocletiano Imperatore, & Domitio conſulari ignibus cruciata, & in mare proiecta, cum inde incolumis euaſiſſet, conuulſis vnguibus, & excuſſis dentibus, in oratione poſita ſpiritum emiſit. In Perſide, ſanctæ Mameltæ martyris, quæ à cultu idolorũ ad fidem angelico monitu conuerſa, à gentilibus lapidata eſt, & in profundũ lacum demerſa. Treuiris, ſanctorum martyrũ Palmatij, & ſociorum, qui in perſecutione Diocletiani ſub Rictiouaro præſide martyrium ſubierunt. Valentiæ in Gallia, S. Apollinaris epiſcopi, cuius & vita virtutibus fuit illuſtris, & mors ſignis ac prodigiis decorata. Antiſiodori, depoſitio ſanctorũ germanorum Firmati diaconi, & Flauianæ virginis. Rauennæ, ſancti Marcellini epiſcopi & confeſſoris. Eodem die, ſancti Attilani epiſcopi Zamorenſis, quem Vrbanus ſecundus in ſanctorum numerum retulit. Romæ, ſanctæ Gallæ viduæ, filiæ Symmachi patricij, quæ viro ſuo defuncto, apud eccleſiam beati Petri multis annis orationi, eleemoſynis, ieiuniis, aliiſque ſanctis operibus intenta, vocante eam beato Apoſtolo, ad celeſtia regna migrauit.

Pridie

6 Pridie Nonas Octob. Luna. F xvij.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1
t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 8 9 10 11 12 13

LAodiceæ, B.Sagaris epiſcopi & martyris, qui fuit vnus de antiquis Pauli Apoſtoli diſcipulis. Capuæ, natalis ſanctorum martyrum Marcelli, Caſti, Æmilij, & Saturnini. In Africa, paſſio ſanctorum Rogati, Saturnini, & ſociorũ martyrum. Agenni in Gallia, natalis ſanctæ Fidei virginis & martyris, cuius exemplo beatus Capraſius ad martyrium animatus, agonẽ ſuum feliciter conſummauit. Item, ſanctæ Erotidis martyris, quæ Chriſti amore ſuccenſa, ignis ſuperauit incendium. Treuiris commemoratio innumerabilium penè Martyrum, qui in perſecutione Diocletiani ſub Rictiouaro præſide ob Chriſti fidem vario mortis genere necati ſunt. Antiſiodori, S.Romani epiſcopi & confeſſoris. Opitergij, S.Magni epiſcopi, cuius corpus Venetiis requieſcit. In Calabria, S.Brunonis confeſſoris, ordinis Carthuſianorum inſtitutoris. Romæ, S.Balbinæ virginis.

G xvj. Nonis Octobris. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
3	4	5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14			

ROmæ via Ardeatina, depoſitio S. Marci Papæ & cõfeſſoris, qui Conſtantino Imperatore poſt ſanctum Silueſtrum Eccleſiæ pręfuit, & clarus virtutibus quieuit in Domino. In prouincia quæ nuncupatur Auguſta Euphrateſia, ſanctorũ martyrũ Sergij & Bacchi nobilium Romanorũ: quorum Bacchus ſub Maximiano Imperatore tamdiu neruis crudis cæſus eſt, quoadusque totus corpore diſſciſſus in confeſſione Chriſti emitteret ſpiritum: Sergius vero clauatis cothurnis pedes indutus, cum in fide fixus maneret, data ſententia iuſſus eſt decollari: cuius nomine locus vbi quieſcit, Sergiopolis appellatus, ob pręclara miracula frequenti Chriſtianorum concurſu, & fidelium oblationibus honoratur. Romæ, ſanctorum martyrum Marcelli & Apulei, qui primo quidem Simoni mago adhæſerunt, ſed videntes mirabilia quæ Dominus operabatur per Apoſtolum Petrum, relicto Simone, Apoſtolicæ doctrinæ ſe tradiderunt, ac poſt martyrium Apoſtolorum ſub Aureliano

conſulari

consulari coronã reportarunt, sepulti non longè ab Vrbe. Item apud Augustam Euphratesiam, sanctæ Iulię virginis, quę sub Marciano præside martyriũ consummauit. Patauij, sanctæ Iustinę virginis & martyris. Anconæ sanctarũ Palatiatis virginis, & Laurentiæ, quæ in persecutione Diocletiani sub Dione præside in exiliũ deportatę, ibi multis incommodis & ærumnis affectæ abierunt in cælũ. Apud Biturigas, sancti Augusti pręsbyteri & confessoris. In pago Rhemensi, sancti Helani presbyteri & confessoris.

8 Octauo Idus Octob. Luna. A xv.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3

t u A B C D E F F G H M N P

4 5 6 7 8 9 10 11 10 11 12 13 14 15

NAtale beati Symeonis senis, qui in Euangelio Dominum suis in vlnis suscepisse legitur. Thessalonicæ, passio S. Demetrij martyris, qui cum esset illius prouinciæ proconsul, & ad Christi fidem plurimos perduceret, Maximiano Augusto accusatus, eius iussu lanceis cõfossus martyriũ consummauit, & innumeris post mortem miraculis claruit. Ibidem, sancti Nestoris martyris. Hispali in Hispania, S. Petri martyris. Laodiceæ, sancti Artemonis præsbyteri,

teri, qui ſub Diocletiano per ignem martyrij coronam accepit. Cæſareæ in Palæſtina, natalis ſanctæ Reparatæ virginis & martyris, quæ cum idolis nollet ſacrificare, ſub Decio Imperatore varijs tormentorũ generibus cruciata, demum ſecuri percuſſa eſt: cuius anima in columbæ ſpecie de corpore egreſſa, cælum cõſcendere viſa eſt. In territorio Lugdunenſi, ſanctæ Benedictæ virginis & martyris. Rhotomagi, ſancti Euodij epiſcopi & confeſſoris. Hieroſolymis, ſanctæ Pelagiæ cognomento pęnitentis.

B xiiij. Septimo Idus Octob. Luna. 9

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
5	6	7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16			

LVtetiæ Pariſiorum, natalis ſanctorũ martyrum Dionyſij Areopagitę epiſcopi, Ruſtici presbyteri, & Eleutherij diaconi: ex quibus Dionyſius ab Apoſtolo Paulo inſtructus credidit in Chriſtum, atque ab eo baptizatus, primus Athenienſium epiſcopus eſt ordinatus: deinde Romam veniens, à beato Clemente Romano Pontifice in Gallias prędicandi gratia directus eſt: & ad præfatam vrbem deueniens, cum ibi per aliquot annos cõmiſſum ſibi opus fideliter proſeque-

prosequeretur, tandem à prçfecto Fescennino, sub Traiano Imperatore post grauissima tormentorum genera vna cũ socijs gladio animaduersus martyrium compleuit. Item, dormitio sancti Abrahę patriarchę. Apud Iuliam in territorio Parmensi, via Claudia, S. Domnini martyris sub Maximiano Imperatore: qui cum vellet persecutionis rabiem declinare, à persequentibus gladio transuerberatus, gloriose occubuit. Tyri, S. Dorothei episcopi & martyris, qui à Diocletiano, cuius persecutionẽ fugiendo declinauit, vsque ad Iulianum Apostatam perueniens, sub eo senex centum & septem annorum martyrio tandem vitam finiuit. Apud Cassinum, sancti Deusdedit abbatis, qui à Sicardo tyranno detrusus in carcerem, illic fame & ęrumnis confectus reddidit spiritum. In Hannonia, sancti Gisleni episcopi & confessoris, qui relicto episcopatu, monachi vitam in monasterio à se constructo exercuit, & multis virtutibus ac sanctitate clarus migrauit ad Dominum. Hierosolymis sanctorum Andronici, & Athanasiæ eius coniugis.

C xiij. Sexto Idus Octob. Luna. 10

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5

t	u	A	B	C	D	E F	F	G	H	M	N	P
6	7	8	9	10	11	12 13	12	13	14	15	16	17

IN Creta insula, B. Pinyti inter episcopos nobilissimi, qui floruit sub M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo, & in scripturis suis, velut in quodam speculo, viuentem sui reliquit imaginē. Coloniæ Agrippinæ, sancti Gereonis martyris, cum aliis trecentis decem & octo, qui in persecutione Maximiani pro vera pietate gladiis patienter colla subdiderunt. In territorio eiusdem vrbis, sanctorum Victoris, & sociorum martyrum. Veronæ in Gallia, sanctorum martyrum Cassij & Florentij, cum aliis plurimis. Nicomediæ, sanctorum martyrum Eulampij, & Eulampiæ virginis eius sororis, quæ cum audisset fratrem pro Christo torqueri, exiliens in media turba, eumque amplexata, sociam se ei adiunxit: atque ambo in ollam feruentis olei coniecti, sed nulla ex parte læsi, vna cum aliis ducentis, qui eo miraculo permoti crediderant in Christum, obtruncatione capitis martyrium compleuerunt. Eboraci in Anglia, S. Paulini episcopi & confessoris, qui illuc à S. Gregorio

Papa

Papa cum aliis ad prædicandum Euangelium missus, Eduuinum Regem, eiusque populum ad fidē Christi conuertit. Populonij S. Cerbonij episcopi & cōfessoris, qui, vt sanctus Gregorius refert, in vita & morte miraculis claruit.

11 Quinto Idus Octob. Luna. D

xij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s	
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P				
7	8	9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18				

TArsi in Cilicia, natalis sanctorum martyrum Tharaci, Probi, & Andronici, qui in persecutione Diocletiani longo tempore carceris squalore afflicti, & tertio diuersis tormentis & suppliciis examinati, in confessione Christi triumphum gloriæ abscissis ceruicibus sunt adepti. In pago Vilcassino, passio sanctorum martyrū Nicasij episcopi, Quirini presbyteri, Scubiculi diaconi, & Pientiæ virginis, sub præside Fescennino. Itē, passio SS. Anastasij presbyteri, Placidi, Genesij, & sociorum. In Thebaide, sancti Sarmatæ discipuli sancti Antonij abbatis, qui à Saracenis fidei hostibus pro Christo necatus est. Bisuntij, S. Germani episcopi & martyris. Vzeciæ in Africa, sancti Firmini episcopi & confessoris. In Scotia, S. Canici abbatis. Lyræ in

Belgia

Belgia, depoſitio ſancti Gummari confeſſoris. Tarſi in Cicilia, ſanctarum mulierum Zenaidis & Philonillæ ſororũ, quæ beati Pauli Apoſtoli conſanguineæ, & in fide fuerunt diſcipulæ. Veronæ, ſanctæ Placidiæ virginis.

E

xj. Quarto Idus Octob. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

ROmæ, ſanctorum martyrum Euagrij, Priſciani, & ſociorum. Rauennæ via Laurentina, natalis S. Ediſtij martyris. In Africa, ſanctorũ Confeſſorum & Martyrum quatuor millium nongentorũ ſexaginta ſex, qui in perſecutione Vuandalica ſub Hunnerico rege Ariano, cum eſſent partim eccleſiarum Dei epiſcopi, alij presbyteri & diaconi, aſſociatis ſibi turbis fidelium populorum, pro defenſione catholicæ veritatis in horribilis eremi exilium truſi ſunt: ex quibus plurimi, dum crudeliter à Mauris ducerentur, haſtilium cuſpidibus ad currendum impulſi, & lapidibus tunſi, alij ligatis pedibus velut cadauera per dura & aſpera loca tracti, & ſingulis membris diſcerpti, alij denique varijs tormentis excruciati martyrium celebrarunt.

Inter eos erăt præcipui Domini sacerdotes Felix & Cyprianus episcopi. Celenę in Pannonia, sancti Maximiliani Laureacensis episcopi, sanctitate conspicui. Eboraci in Anglia, sancti Vualfridi episcopi & confessoris. Mediolani, sancti Monę episcopi & confessoris. In Syria, sancti Eustachij presbyteri & confessoris.

3 Tertio Idus Octob. Luna. F x

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

APud Troadem Asiæ minoris vrbem, natalis sancti Carpi discipuli beati Pauli Apostoli. Cordubæ in Hispania, natalis sanctorum Fausti, Ianuarij, & Martialis, qui primo equulei pœna cruciati, deinde supercilijs rasis, dentibus euulsis, auribus quoq; & naribus pręcisis, ignis passione martyrium consummarunt. Thessalonicæ, sancti Florentij martyris, qui post varia tormenta in ignem coniectus animă Deo reddidit. In Austria, sancti Colmanni martyris. Apud Septam in Mauritania Tingitana, passio sanctorum septem fratrum ordinis Minorum, Danielis, Samuelis, Angeli, Domini, Leonis, Nicolai, & Hugolini: qui ob Euangelij prædi-

cationem, & Mahometicæ ſectæ confutationem, à Saracenis cõtumelias, vincula & flagella perpeſſi, demum capitis obtruncatione martyrij palmã adepti ſunt. Antiochię, ſancti Theophili epiſcopi, qui ſextus à B. Petro Apoſtolo eiuſdem eccleſiæ pontificatum tenuit. Turonis, ſancti Venantij abbatis & cõfeſſoris. Apud Sublacum in Latio, ſanctæ Chelidoniæ virginis.

G
ix. Pridie Idus Octob. Luna. 14

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
22 23 24 25 26 27 28 29 1 2 3 4 5 6 7 8 9
t u A B C D E F F G H M N P
10 11 12 13 14 15 16 17 16 17 18 19 20 21

ROmæ via Aurelia, natalis beati Calliſti Papæ & martyris, qui poſt ſanctum Zephyrinum Eccleſiam gubernauit, & in perſecutione Alexãdri Imperatoris ſęuiente furore gentilium tentus, diutius fame in carcere cruciatus, & quotidie verberibus cæſus; tandem è feneſtra domus, in qua cuſtodiebatur, præcipitatus, atque in puteum demerſus, victoriæ triumphum promeruit. Cæſareæ in Paleſtina, ſanctorũ martyrum Carponij, Euariſti, & Priſciani fratrum, ac Fortunatæ ſororis, quæ in perſecutione Diocletiani poſt equuleũ, ignes, beſtias, & alia tormenta ſuperata, ſpiritum Deo reddidit, eiuſque

corpus

corpus Neapolim in Campania delatum fuit: fratres vero gladio iugulati, martyrij coronam perceperunt. Eleutheropoli, S. Petri Auselami, qui sub Diocletiano per ignem martyrium consummauit. Arimini, sancti Gaudentij episcopi & martyris. Tuderti, S. Fortunati episcopi, qui in effugandis spiritibus immũdis immensæ virtutis gratia emicuit. Herbipoli, S. Burchardi primi illius ciuitatis episcopi. Maiumæ in Palæstina, sancti Cosmę episcopi, qui sanctum Ioannem Damascenũ erudiuit in fide. Brugis Flandrorum, sancti Donatiani episcopi Rhemensis & confessoris. Treuiris, sancti Rustici episcopi & confessoris. Eodem die, depositio beati Dominici loricati. In Latio, S. Bernardi confessoris.

Idibus Octobris. Luna. A viij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
11	12	13	14	15	16	17	18	17	18	19	20	21	22			

ROmæ via Aurelia, S. Fortunati martyris. Apud Coloniã Agrippinam, natalis sanctorũ trecentorũ Maurorum martyrũ, qui cum duce Gregorio in persecutione Maximiani cursum sui agonis compleuerunt. Carthagine, sancti Agilei martyris, in cuius die natali sanctus

Augustinus de eo ad populum tractatũ habuit. In Prussia, S. Brunonis episcopi Ruthenorum, & martyris, qui Euangelium in ea regione prædicans, ab impiis tentus, manibus pedibusq; præcisis capite truncatus est. Lugduni, S. Antiochi episcopi, qui strenuè administrato pontificij culmine, ad quod assumtus fuerat, regnum cæleste adeptus est. Argentinæ, sanctæ Aureliȩ virginis. Cracouiæ, sanctæ Heduuigis ducissæ Poloniæ, quæ pauperum obsequio dedita, etiã miraculis claruit: quam & Clemens Papa quartus numero Sanctorũ adscripsit. In Alemania, sanctæ Theclæ abbatissæ, quæ à sancto Bonifacio vocata ex Anglia, & virginibus præfecta, sanctitate conspicua quieuit in pace.

B vij. Decimoseptimo Kal. Nouemb. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	18	19	18	19	20	21	22	23

IN Africa, sanctorũ martyrum ducentorum septuaginta pariter coronatorũ. Ibidem, sanctorum Martiniani & Saturiani, cum duobus eorum fratribus: qui tempore Vuandalicæ persecutionis sub Geiserico rege Ariano, cũ essent serui cuiusdam Vuandali, à sancta Maxima virgine

gine eorum conſerua ad Chriſti fidem cõuerſi, pro conſtantia fidei catholicæ primum nodoſis fuſtibus cæſi ſunt, & vſque ad oſſa laniati: ſed cũ multo tempore talia paterentur, & ſequenti die nihilominus ſemper incolumes redderẽtur, exilio tandẽ relegãtur: vbi cũ multos Barbarorum ad fidẽ Chriſti conuertiſſent, & à Romano Pontifice presbyterũ, alioſq; miniſtros, qui eos baptizarẽt, obtinuiſſent, nouiſſimè vinctis pedibus poſt terga currentium quadrigarum, inter ſpinoſa loca ſiluarum iuſſi ſunt pariter interire. Maxima vero poſt multos ſuperatos agones diuinitus liberata, in monaſterio multarum virginũ mater ſancto fine quieuit. Itẽ, ſanctorũ Saturnini, Nerei, & aliorũ trecentorũ ſexaginta quinq; martyrũ. Coloniȩ, natalis S. Eliphij martyris ſub Iuliano Apoſtata. Item, S. Bercharij abbatis & martyris. In territorio Bituricenſi, S. Ambroſij epiſcopi Caturcenſis. Maguntiȩ, S. Lulli epiſcopi & confeſſoris. Apud Arbonam in Germania, S. Galli abbatis, diſcipuli ſancti Columbani.

Decimoſexto Kal. Nouemb. Luna. C vj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
13	14	15	16	17	18	19	20	19	20	21	22	23	24			

ROmæ, sancti Priuati martyris, qui vlceribus plenus à sancto Callisto Papa sanatus, inde sub Alexandro Imperatore ob Christi fidem plumbatis cæsus est vsque ad mortẽ. Antiochiæ, natalis sancti Heronis discipuli B. Ignatij, qui post eum factus episcopus, viam magistri pius imitator secutus, pro commendato grege amator Christi occubuit. Eodem die, passio sanctorum Victoris, Alexandri, & Mariani. Constantinopoli, sancti Andreę Cretensis monachi, qui ob cultum sacrarum imaginum sub Constantino Copronymo sępius verberatus, dum ad locum supplicij raptatur, in via amputato altero pede reddidit spiritum, & innumeris postea miraculis claruit. Arausicę in Gallia, sancti Florentini episcopi, qui multis clarus virtutibus quieuit in pace. Capuę, sancti Victoris episcopi, eruditione & sanctitate conspicui.

D v. Decimoquinto Kal. Nouemb. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
14	15	16	17	18	19	20	21	20	21	22	23	24	25			

NAtalis beati Lucę Euangelistę, qui multa passus pro Christi nomine, Spiritu sancto plenus occubuit: cuius ossa Constantinopolim

primo

primo translata sunt, indeque Patauium delata. Antiochię, sancti Asclepiadis episcopi, qui vnus fuit ex præclaro martyrum numero, qui in persecutione Seueri gloriose passi sunt. In territorio Beluacensi, sancti Iusti martyris, qui adhuc puer in persecutione Diocletiani sub Rictiouaro pręside cęsus est. Neocæsareę in Ponto, sancti Athenodori episcopi, fratris sancti Gregorij Thaumaturgi, qui doctrina clarus sub Decio martyrium consummauit. Maroniæ in Syria prope Antiochiam, sancti Malchi monachi. In Mesopotamia ad ripam Euphratis, sancti Iuliani eremitæ. Romæ, sanctæ Tryphoniæ, vxoris quondam Decij Cęsaris, quę in crypta iuxta sanctum Hippolytum sepulta est. Ibidem, sanctæ Marcellæ viduę, cuius præclaras laudes sanctus Hieronymus scripsit.

19 Decimoquarto Kal. Nouemb. Luna. E iiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
15	16	17	18	19	20	21	22	21	22	23	24	25	26			

Romæ, natalis SS. martyrum Ptolemæi & Lucij sub Antonino Pio: quorũ prior cũ impudicam mulierem ad fidem Christi conuertisset, & castitatem colere docuisset, ab impuro

viro apud præfectũ Vrbicium accuſatus, multo tempore ſquallore carceris maceratus eſt, & ad vltimum cũ de Chriſti magiſterio publica confeſſione teſtaretur, iuſſus eſt duci ad mortem. Lucius quoque cum Vrbicij ſententiam improbaret, & ſe Chriſtianũ liberè fateretur, ſimilem ſententiã excepit. Quibus & alius tertius adiunctus eſt, qui etiã eodẽ ſupplicio damnatus fuit. Aquilæ, S. Maximi diaconi, qui ob fidei confeſſionem martyrij coronam accepit. Antiochiæ, ſanctorum martyrũ Beronici, Pelagiæ virginis, & aliorũ quadraginta nouẽ. In Ægypto ſancti Vari militis, qui ſub Maximino Imperatore dum ſanctos ſeptẽ monachos in carcere detentos viſitaret, atq; reficeret, vno ex ipſis defuncto, in eius locũ ſubrogari voluit, & cum illis ſęuiſſima paſſus, martyrij palmã adeptus eſt. In Perſide, paſſio SS. Sadoth, & aliorũ centum viginti ſub Sapore Rege. Eboraci, S. Aquilini epiſcopi. In Hibernia, S. Ethbini abbatis. Oxonij in Anglia, ſanctæ Fredeſuuidæ virginis.

F iij. Decimotertio Kal. Nouemb. Luna. 20

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	22	23	22	23	24	25	26	27

In

IN Ambianensi prouincia, natalis B. Maximi Leuitę & martyris, qui patiendi desiderio inquirentibus se persecutoribus palam ostendit, & post responsionis constantiã equuleo suspensus ac tortus, deinde fustibus cæsus, ad vltimum lapidibus obrutus occubuit. Agenni in Gallia, S. Caprasij martyris, qui cum rabiem persecutionis declinans lateret in spelunca, tandem audiẽs qualiter beata Fides virgo pro Christo agonizaret, animatus ad tolerantiam passionum, orauit ad Dominum, vt si eum gloria martyrij dignum iudicaret, ex lapide speluncę limpidissima aqua manaret: quod cum Dominus præstitisset, securus ad aream certaminis properauit, & palmam martyrij sub Maximiano fortiter dimicando promeruit. Antiochiæ, S. Artemij ducis Augustalis, qui sub Cõstantino Magno præclaris militiæ honoribus functus, sub Iuliano Apostata, quẽ sæuitiæ in Christianos arguerat, fustibus cędi, aliisq; tormentis affligi, ac demum capite truncari iubetur. Coloniæ, passio sanctarum virginum Marthæ & Saulæ, cum aliis pluribus. Apud Mindam, natalis sancti Feliciani episcopi & martyris. Parisiis, passio sanctorum Georgij diaconi, & Aurelij.

G ij. **Duodecimo Kal. Nouemb. Luna.** 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
29	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
17	18	19	20	21	22	23	24	23	24	25	26	27	28

IN Cypro, natalis ſancti Hilarionis abbatis, cuius admirabilem vitam virtutibus atque miraculis plenam, ſanctus Hieronymus ſcripſit. Apud Coloniam Agrippinam, natalis ſanctarum Vrſulæ, & ſociarum eius, quæ pro virginitatis conſtantia ab Hunnis interfectæ, martyrio vitam conſummauerunt: quarum plurima corpora Coloniam delata fuerunt. Apud Oſtiam, ſancti Aſterij presbyteri & martyris, qui vt in paſſione beati Calliſti Papæ legitur, ſub Alexandro Imperatore paſſus eſt. Nicomediæ, natalis ſanctorum Daſij, Zotici, Caij, & aliorum duodecim militum, qui poſt diuerſa tormenta in mare demerſi ſunt. Lugduni, ſancti Viatoris miniſtri beati Iuſti epiſcopi Lugdunenſis. In caſtro Laudunenſi, ſanctæ Ciliniæ matris beati Remigij epiſcopi Rhemenſis.

Vndecimo

22 Vndecimo Kal. Nouemb. Luna. A j.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
t	u	A	B	C	D	E	F		F	G	H	M	N	P		
18	19	20	21	22	23	24	25		24	25	26	27	28	29		

Hieroſolymis beati Marci epiſcopi, clariſſimi & doctiſſimi viri, qui primus ex gentibus Hieroſolymorũ eccleſiam ſuſcepit regendã, ac non multo poſt martyrij meruit palmam. Hadrianopoli in Thracia, natalis ſanctorũ martyrum Philippi epiſcopi, Euſebij, & Hermetis, qui ſub Iuliano Apoſtata poſt carceres & flagella incendio cremati ſunt. Item, ſanctorum martyrũ Alexandri epiſcopi, & ſociorum. Firmi in Piceno, S. Philippi epiſcopi & martyris. Oſcæ in Hiſpania, ſanctarũ virginũ Nunilonis & Elodię ſororum, quæ à Saracenis ob fidei cõfeſſionem capitali ſententia punitæ martyrium conſummauerunt. Coloniæ, ſanctæ Cordulæ, quæ vna ex ſodalibus ſanctæ Vrſulæ, cũ aliarum ſuppliciis & cæde perterrita ſe occultaſſet, eius rei pęnitens poſtridie ſe vltro patefecit, & nouiſſima omnium martyrij coronam accepit. Hierapoli in Phrygia, S. Abercij epiſcopi, qui ſub Marco Antonino Imperatore ſanctitate & miraculis claruit. Rhotomagi, S. Melanij epiſcopi, qui à ſancto

ſancto Stephano Papa ordinatus, ad prædicandum Euangelium miſſus eſt. Hieroſolymis, ſanctæ Mariæ Salomæ, quæ in Euangelio legitur circa Domini ſepulturam ſollicita.

B Decimo Kal. Nouemb. Luna. 23

*

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	25	26	25	26	27	28	29	1

IN Hiſpania prope Gades ad fundum Vrſonianum, ſanctorum martyrum Seruandi & Germani, qui in perſecutione Diocletiani ſub Viatore vicario poſt verbera, ſqualorem carceris, famis ac ſitis iniuriam, & longiſſimi itineris laborẽ, quem ferro onuſti pertulerũt, nouiſſimè martyrij ſui curſum, cæſis ceruicibus impleuerunt: ex quibus Germanus Emeritæ, Seruandus verò Hiſpali cõditus eſt. Antiochię in Syria, natalis S. Theodori presbyteri, qui in perſecutione impij Iuliani cõprehenſus, poſt equulei pœnam, & multos ac duriſſimos cruciatus, lampadibus etiam circa latera appoſitis inflammatus, cum in cõfeſſione Chriſti perſiſteret, occiſione gladij martyriũ conſummauit. Conſtantinopoli, ſancti Ignatij epiſcopi, qui cum Bardam Cæſarem ob repudiatã vxorem arguiſſet, ab eodẽ tentus, multiſ-

multisq; iniuriis affectus, in exilium pulsus est: sed à Nicolaò Romano Pontifice restitutus, tandem in pace quieuit. Burdigalæ, sancti Seuerini Coloniensis episcopi & cõfessoris. Rhotomagi, S. Romani episcopi. In pago Pictauiensi, sancti Benedicti confessoris. In territorio Ambianensi, S. Domitij presbyteri & confessoris.

C

24 Nono Kal. Nouemb. Luna. xxix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
20	21	22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2			

VEnusiæ in Apulia, natalis sanctorũ martyrũ Felicis episcopi Aptungitani, Audacti & Ianuarij presbyterorũ, Fortunati & Septimi lectorũ, qui temporibus Diocletiani multis diu vinculis & carceribus in Africa & Sicilia macerati, cùm Felix nullatenus sacros libros iuxta Imperatoris edictũ tradere voluisset, tandem in occisione gladij cõsummati sunt. Apud Homeritas in ciuitate Nagara, passio sanctorum Aretæ, & sociorum trecentorũ & quadraginta, tẽpore Iustini Imperatoris, sub Dunaan Iudæo tyranno: post quos Christiana mulier incendio tradita est; cuius filius annorum quinque, cùm balbutiendo Christum confiteretur, nec blandiciis

diciis nec minis retineri posset, in igne vbi mater ardebat, se præcipitē dedit. Coloniæ, S. Euergisti episcopi & martyris. Constantinopoli, S. Procli episcopi. In Vertano monasterio, S. Martini abbatis. In Campania, S. Marci solitarij, cuius præclara opera sanctus Gregorius scripsit.

D xxviij. Octauo Kal. Nouemb. Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
21	22	23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3			

ROmæ, SS. martyrū Chrysanthi & Dariæ vxoris eius, qui post multas, quas sub Celerino præfecto pro Christo sustinuerunt passiones, iussi sunt à Numeriano Imperatore via Salaria in Arenario deponi, atq; illic viuentes terra & lapidibus obrui. Itē Romæ, natalis sanctorum quadraginta sex Militum, qui simul baptizati à Dionysio Papa, mox iubente Claudio Imperatore decollati sunt, ac via Salaria sepulti: vbi & alij martyres centum viginti & vnus positi sunt; inter quos fuerunt quattuor milites Christi, Theodosius, Lucius, Marcus, & Petrus. Suessione in Gallia, SS. martyrū Crispini & Crispiniani nobiliū Romanorū, qui in persecutione Diocletiani sub Rictiouaro præside post immania tormenta

menta gladio trucidati, coronam martyrij conſecuti ſunt: quorum corpora Romam poſtea delata fuerunt, atque in eccleſia S. Laurentij in pane & perna honorificè tumulata. Florentiæ, paſſio B. Miniatis militis, qui ſub Decio principe pro fide Chriſti egregiè certans, nobili martyrio coronatur. Turribus in Sardinia, ſanctorũ martyrum Proti presbyteri, & Iannuarij diaconi, qui à ſancto Caio Papa ad eam inſulam miſſi, tempore Diocletiani ſub Barbaro præſide conſummati ſunt. Conſtantinopoli, paſſio ſanctorum Martyrij ſubdiaconi, & Marciani cantoris, qui ab hæreticis necati ſunt. Romæ, ſancti Bonifacij Papæ, qui poſt Zoſimum ſedit, & ſanctitate celebris obdormiuit in Domino. Petragoricæ in Gallia, ſancti Frontonis, qui à B. Petro Apoſtolo epiſcopus ordinatus, cum Georgio presbytero magnam illius gentis multitudinem ad Chriſtum conuertit, & miraculis clarus in pace quieuit. Brixiæ, ſancti Gaudentij epiſcopi, eruditione & ſanctitate conſpicui.

26 Septimo Kal. Nouemb. Luna. E xxvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4

Romæ,

ROmæ, S. Euariſti Papæ & martyris, qui ſancto Anacleto ſuccedēs, Dei Eccleſiam ſub Traiano ſuo ſanguine purpurauit. In Africa, ſanctorū martyrum Rogatiani presbyteri, & Feliciſſimi, qui in perſecutione Decij & Valeriani illuſtri martyrio coronati ſunt: de quibus etiam ſcribit ſanctus Cyprianus in epiſtola ad cōfeſſores. Nicomediæ, SS. martyrū Luciani & Florij. Eodem die, ſancti Quoduultdei Carthaginiēſis epiſcopi, qui vna cū clero à Geiſerico rege Ariano in nauibus fractis abſq; remigiis & velis impoſitus, præter ſpem Neapolim appulit, ibiq́ue in exilio poſitus, confeſſor occubuit. Narbonæ, ſancti Ruſtici epiſcopi & confeſſoris, qui Honorij tempore claruit ſanctitate. Papiæ, ſancti Fulci epiſcopi. Item, ſancti Quadrageſimi ſubdiaconi, qui & mortuum reſuſcitauit.

F
xxvj. Sexto Kal. Nouemb. Luna. 27

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5

VIgilia ſanctorū Apoſtolorum Simonis & Iudæ. Abulæ in Hiſpania, paſſio ſanctorum Vincentij, Sabinæ, & Chriſtetæ, qui primò adeò in equuleo ſunt extenti, vt omnes membrorum

brorum compages laxarentur; deinde capita eorum lapidibus ſuperpoſita, vſq; ad excuſſionem cerebri validis vectibus ſunt contuſa, atque ita martyriũ cõpleuerunt, agente pręſide Daciano. Apud caſtrum Tyle, ſancti Florentij martyris. In Cappadocia, ſanctarũ martyrũ Capitolinæ, & Erothoidis eius ancillæ, quæ ſub Diocletiano ſunt paſſæ. In Æthiopia, ſancti Elesbaan Regis, qui Chriſti hoſtibus expugnatis, miſſo regio diademate Hieroſolymam, tempore Iuſtini Imperatoris monaſticam vitam, vt vouerat, agens, migrauit ad Dominũ. Apud Indos, S. Frumentij epiſcopi, qui ibi primũ captiuus, deinde epiſcopus à ſancto Athanaſio ordinatus, Euangelium in ea prouincia propagauit.

28 Quinto Kal. Nouemb. Luna. G xxv. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
24	25	26	27	28	29	30	1	1	2	3	4	5	6

NAtalis beatorum Apoſtolorum Simonis Chananæi, & Thaddæi, qui & Iudas dicitur: quorum Simon in Ægypto, Thaddæus in Meſopotamia Euangeliũ prædicauit: deinde Perſidem ſimul ingreſſi, cùm innumerá gentis illius multitudinem Chriſto ſubdidiſſent, mar-

tyrium conſummarunt. Romæ, ſanctæ Cyrillæ virginis, filiæ ſanctæ Tryphoniȩ, quæ ſub Claudio principe pro Chriſto iugulata eſt. Ibidem, S. Anaſtaſiæ ſenioris virginis, & Cyrilli martyrum: illa in perſecutione Valeriani ſub Probo præfecto vinculis conſtrictæ, colaphis cæſa, nudata, igne & verberibus cruciata, cum in cõfeſſione Chriſti immobilis permaneret, abſciſſis mamillis, euulſis vnguibus, dentibus cõminutis, manibus pedibuſque præciſis, truncata capite, tot paſſionum monilibus ornata migrauit ad ſponſum: Cyrillus autem ei petenti aquam propinãs, martyriũ pro mercede accepit. Comi, ſancti Fidelis martyris ſub Maximiano Imperatore. Maguntiæ, S. Ferrutij martyris. Meldis, ſancti Faronis epiſcopi & confeſſoris. Neapoli, ſancti Gaudioſi epiſcopi Africani, qui ob perſecutionem Vuandalorum in Campaniam veniens, apud eam vrbem in monaſterio, ſancto fine quieuit. Vercellis, ſancti Honorati epiſcopi & confeſſoris.

A xxiiij. Quarto Kal. Nouemb. Luna. 29

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

In

IN Lucania, ſanctorū martyrum Hyacinthi, Quincti, Feliciani, & Lucij. Sidone in Phœnicia, S. Zenobij presbyteri & martyris, qui in perſecutione Diocletiani alios ad martyriū hortans, ipſe martyrio coronatus eſt. Patauij, ſanctorum epiſcoporum Maximiliani martyris, & Valentini confeſſoris. Bergomi, ſanctæ Euſebiæ virginis & martyris. Mopſueſtiæ in Cilicia ſanctorum fratrum Claudij, Aſterij, & Neonis, qui ſub Diocletiano Imperatore, & Lyſia præſide, à Nouerca delati, verberibus, equuleo, & vngulis lacerati, affixi patibulo, tres hoſtiæ ſanctę Trinitati in ara crucis ſunt immolatæ. Hieroſolymis, S. Narciſſi epiſcopi, ſanctitate, patientia, ac fide laudabilis, qui centū & ſexdecim annorū, relicta ſede beato Alexandro, migrauit ad Dominum.

30 Tertio Kal. Nouemb. Luna. B xxiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
26	27	28	29	30	1	2	3	3	4	5	6	7	8			

IN Africa, natalis ſanctorum martyrum ducentorū viginti. Tingi in Mauritania, paſſio S. Marcelli centurionis, qui capitis abſciſſione martyriū compleuit ſub Agricolao agente vices præfecti prætorio. Calari in Sardinia, S. Satur-

nini martyris, qui in persecutione Diocletiani capite truncatus est. In Hispania, sanctorũ martyrũ Claudij, & sociorũ. Altini, sancti Theonesti episcopi & martyris, qui occisus est ab Arianis. Parisijs, sancti Lucani martyris. Ægæ in Cilicia, passio sanctorum Zenobij episcopi, & Zenobiæ sororis, qui sub Diocletiano Imperatore, & Lysia præside sæuissima passi, gladio cęsi sunt. Alexandriæ sanctorum martyrum Coronionis, Iuliani, Macarij, & aliorum tredecim sub Decio Imperatore. Ibidem, sanctæ Eutropiæ martyris, quæ martyres visitans, cum illis sæuissimè cruciata, reddidit spiritum. Antiochiæ, sancti Serapionis episcopi, eruditione & sanctitate clarissimi. Capuæ, S. Germani episcopi & confessoris, viri magnæ sanctitatis & doctrinæ: cuius animam in hora obitus sui ab angelis in cælum ferri, sanctus Benedictus aspexit.

C xxij. Pridie Kalend. Nouemb. Luna. 31

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
27	28	29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9			

VIgilia omnium sanctorum. Romæ, natalis sanctorũ martyrum Nemesij diaconi, & Lucillæ virginis filię eius: qui cũ à fide Christi flecti

flecti nequaquam possent, iubente Valeriano decollati sunt octauo kalend. Septembris: quorum corpora à beato Stephano Papa sepulta, deinde à beato Xysto via Appia honestius tumulata, Gregorius quintus in Diaconiam sanctæ Mariæ Nouæ hac die transtulit, vnà cum sanctis Symphronio, Olympio tribuno, Exuperia eius vxore, & Theodulo filio, qui omnes Symphronij opera conuersi, & ab eodem sancto Stephano baptizati, martyrio coronati fuerant. Quæ sanctorum corpora Gregorio xiij. summo Pontifice ibidem inuenta, iterum celebri solemnitate translata sunt sexto idus Decembris, ac sub altari eiusdem ecclesiæ honorificentiùs collocata. Eodem die, sanctorũ Ampliati, Vrbani, & Narcissi, quorum meminit sanctus Paulus ad Romanos scribens, qui ob Euangeliũ Christi à Iudæis & gentilibus cæsi sunt. In Gallia apud Augustam Veromanduorũ, S. Quinctini ciuis Romani ordinis senatorij, qui sub Maximiano Imp. martyriũ passus est: cuius corpus post annos quinquagintaquinque reuelante angelo inuentum est incorruptũ. Constantinopoli, sancti Stachys episcopi, qui à S. Andrea Apostolo primus Byzantij episcopus ordinatus est. Ratisponæ, S. Vuolfangi episcopi, miraculis clari.

D
xxj.

Kalendis Nouembris. Luna. I

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
28	29	30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10			



FEstiuitas B. Dei genitricis Mariæ, & omnium sanctorũ martyrũ, quam Bonifacius Papa quartus dedicato in eorũ honorem templo Pantheon, celebrem & generalẽ instituit agi quotannis in vrbe Roma. Sed & Gregorius quartus postmodum decreuit eandem festiuitatem, quæ variis modis olim in diuersis ecclesiis celebrabatur, in honore omnium sanctorum solemniter hac die ab vniuersa Ecclesia perpetuo obseruari. Tarracinæ in Campania, natalis sancti Cæsarij diaconi, qui diebus multis in custodia maceratus, postea cũ sancto Iuliano presbytero in saccum missus, in mare pręcipitatus est. In castro Diuione, S. Benigni presbyteri, qui à beato Polycarpo missus in Galliam ad prædicandũ Euangelium, postquam sub Marco Aurelio Imperatore à Terentio præside grauissimis tormentis multipliciter est afflictus, tandẽ collum eius vecte ferreo tundi, & corpus lancea perforari iubetur. Item, sanctæ Mariæ Tertulli ancillæ, quæ Christianæ religio-

religionis nomine accusata, sub Hadriano Imperatore diris verberibus afflicta, equuulei extensione, & vngularũ laceratione vexata, martyriũ compleuit. Damasci, passio SS. Cæsarij, Dacij, & aliorũ quinque. In Persia, SS. martyrũ Ioannis episcopi, & Iacobi presbyteri sub Sapore Rege. Tarsi, sanctarum Cyreniæ & Iulianæ sub Maximiano Imperatore. Aruernis, S. Austremonij primi eius ciuitatis episcopi. Parisijs, depositio S. Marcelli episcopi & confessoris. Baiocis, sancti Vigoris episcopi, tempore Childeberti Francorum Regis. Tiburi, S. Seuerini monachi. In pago Vuastinensi, S. Maturini confessoris.

2 Quarto Nonas Nouemb. Luna. E xx.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
29	30	1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11			

Commemoratio omnium fideliũ Defunctorum. Pictauis in Gallia, S. Victorini episcopi, qui post multa edita scripta, vt sanctus Hieronymus testatur, in persecutione Diocletiani martyrio coronatus est. Tergeste, passio S. Iusti, qui in eadem persecutione sub Manatio pręside martyriũ cõsummauit. In Africa, natalis sanctorum Publij, Victoris, Hermetis, Iusti, &

Papiæ. Tarſi in Cilicia, ſanctæ Euſtochij virginis & martyris, quæ ſub Iuliano Apoſtata poſt dira tormenta, in oratione reddidit ſpiritū. Laodiceæ in Syria, S. Theodoti epiſcopi, qui non ſolùm verbis, ſed rebus & virtutibus fuit ornatus. Cyri in Syria, S. Marciani confeſſoris. In monaſterio Agaunenſi, ſancti Ambroſij abbatis.

F xix. Tertio Nonas Nouemb. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
30	1	2	3	4	5	6	7	7	8	9	10	11	12			

NAtalis S. Quarti Apoſtolorum diſcipuli. Cæſareæ in Cappadocia, SS. martyrum Germani, Theophili, Cæſarij, & Vitalis, qui in perſecutione Deciana optimè duxerunt martyrium. Cæſarauguſtæ, ſanctorum plurimorum martyrum, qui ſub Daciano Hiſpaniarū prȩſide mirabiliter occubuerunt pro Chriſto. Thebaide in Ægypto, paſſio plurimorum ſanctorū martyrum, qui in perſecutione Decij & Valeriani paſſi ſunt, quando Chriſtianis cupientibus pro Chriſti nomine gladio percuti, callidus hoſtis tarda ad mortē ſupplicia quȩrens, animas cupiebat iugulare, non corpora: ex quorum numero vnus poſt equuleos, laminas, ac ſartagines ſuperatas,

peratas, melle perunctus, ligatis manibus, sub ardentissimo sole culicibus, fucis ac muscis fuit expositus: alius inter flores molliter vinctus, cũ ad eum impudicissimũ scortũ mitteretur, præcisam morsu linguã in blandientis faciem expuit. In Anglia, sanctę Vuenefridæ virginis & martyris. In monasterio Claræuallensi, depositio sancti Malachiæ episcopi Connerthensis in Hibernia, qui multis virtutibus suo tempore claruit.

4 Pridie Nonas Nouemb. Luna. G xviij.

a b c d e f g h i k l m n p q r s

14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

t u A B C D E F F G H M N P

1 2 3 4 5 6 7 8 8 9 10 11 12 13

BOnoniæ, sanctorum martyrum Vitalis & Agricolæ, quorum prior posterioris seruus antea fuit, postea consors & collega martyrij: in quem, cùm à persecutoribus cogeretur vt Christum negaret, & ille Dominum Iesum amplius profiteretur, omnia tormẽtorũ genera exercuerunt, ita vt non esset in corpore eius sine vulnere locus, quæ constanter perferens, in oratione spiritũ Deo reddidit: Agricola autẽ plurimis clauis cruci cõfixus, interemptus est. Eorũ translationi S. Ambrosius cũ interesset, martyris clauos, sanguinem triumphalẽ, & crucis lignũ se collegisse refert,

refert, ac ſub ſacris altaribus condidiſſe. Auguſtoduni, S. Proculi martyris. In pago Vilcaſſino, S. Clari presbyteri & martyris. Epheſi, S. Porphyrij martyris ſub Aureliano Imperatore. Myrę in Lycia, SS. martyrū Nicandri epiſcopi, & Hermæ presbyteri, qui ſub Libanio præſide paſſi ſunt. Eodē die, natalis S. Pierij presbyteri Alexādrini, qui in diuinis ſcripturis nobiliter eruditus, vita puriſſimus, & ad Chriſtianam philoſophiam nudus penitus & expeditus, ſub Caro & Diocletiano principibus, regente Alexādrinam eccleſiā Theona, florentiſſimè docuit populos, & diuerſos tractatus edidit; poſt perſecutionem verò omne vitæ ſuæ tēpus Romę verſatus, quieuit in pacę. Apud Ruthenos in Gallia, S. Amantij epiſcopi, cuius vita, & ſanctitate & miraculis extitit glorioſa. In Bithynia, S. Ioannicij abbatis, zelo catholicæ fidei & miraculis clari. In Hungaria apud albā Regalē, depoſitio beati Emerici confeſſoris, filij ſancti Stephani Hungarorum Regis. Treuiris, ſanctæ Modeſtæ virginis.

A
xvij. Nonis Nouemb. Luna. 5

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1
t u A B C D E F F G H M N P
2 3 4 5 6 7 8 9 9 10 11 12 13 14

Sancti

SAncti Zacharię prophetę, patris beati Ioannis Baptiſtæ. Tarracinæ, natalis ſanctorum martyrũ Felicis presbyteri, & Euſebij monachi, qui cum ſepeliſſet ſanctos martyres Iulianum & Cæſarium, & ad ſepulchra eorũ orans & ieiunans, multos cõuerteret ad fidem Chriſti, quos ſanctus Felix presbyter baptizabat, vna cum eo tentus eſt, & ambo ad forũ iudicis ducti, nec ſuperati, inde in carcerem incluſi, nocte eadẽ cum ſacrificare noluiſſent, decollati ſunt. Emeſæ in Phœnicia, ſanctorum martyrum Galationis, & Epiſtemis coniugis, qui in perſecutione Diocletiani flagris cæſi, manibus, pedibuſque, & lingua inſuper mutilati, denique truncato capite martyrium conſummarunt. Item, ſanctorum Philologi & Patrobę, ſancti Pauli Apoſtoli diſcipulorum. In Meſopotamia, ſancti Abagari, quem ſanctus Thaddæus Apoſtolus morbo liberans, Chriſtiana religione imbuit. Treuiris, ſancti Fibitij epiſcopi & confeſſoris. Aurelianis, ſancti Læti presbyteri & confeſſoris.

6 Octauo Idus Nouemb. Luna. B xvj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
3	4	5	6	7	8	9	10	10	11	12	13	14	15

Thiniſſæ

THiniſſæ in Numidia, natalis ſancti Felicis martyris, qui confeſſus, & ad tormenta dilatus, alio die (vt refert ſanctus Auguſtinus, Pſalmũ in eius feſtiuitate ad populũ exponens) inuentus eſt in carcere exanimis. Theopoli, ſanctorum decem martyrum, qui à Saracenis paſſi leguntur. Barcinonæ, ſancti Seueri epiſcopi & martyris, qui ob fidem catholicã à Gothis clauo capite cõfoſſo, martyrij coronã accepit. In Phrygia, ſancti Attici. Apud Bergas, depoſitio ſancti Vuinoci abbatis, qui virtutibus & miraculis clarus, fratribus etiam ſibi ſubditis multo tempore miniſtrauit. Fundis in Latio, ſancti Felicis monachi. Lemouicis in Aquitania, S. Leonardi confeſſoris, diſcipuli S. Remigij: qui nobili genere ortus, ſolitariam vitam deligens, ſanctitate & miraculis claruit, ac præcipuè in liberandis captiuis eius virtus enituit.

C xv. Septimo Idus Nouemb. Luna. 7

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
4	5	6	7	8	9	10	11	11	12	13	14	15	16

PAtauij, depoſitio S. Proſdocimi primi eiuſdem ciuitatis epiſcopi, qui à B. Petro Apoſtolo epiſcopus ordinatus, ad prædicandum Dei verbum

verbum ad prædictam ciuitatem missus est: vbi multis virtutibus & prodigiis coruscans, beato fine quieuit. Perusiæ, sancti Herculani episcopi & martyris, qui iussu Totilæ Gothorum regis capite obtruncatus est: cuius corpus ita capiti vnitum atque sanũ quadragesimo die (vt scribit sanctus Gregorius Papa) repertum est, ac si nulla hoc incisio ferri tetigisset. Eodem die, sancti Amaranthi martyris, qui apud Albigensem vrbem exacto agonis fidelis cursu sepultus, viuit in gloria. Melitine in Armenia, passio sanctorum Hieronis, & aliorum triginta, qui in persecutione Diocletiani sub Lysia præside coronati sunt. Amphipoli in Macedonia, sanctorum martyrum Haucti, Taurionis, & Thessalonicæ. Ancyræ, passio sanctorum Melasippi, Antonij, & Carinæ sub Iuliano Apostata. Colonię, sancti Engelberti episcopi, qui pro defensione ecclesiasticę libertatis, & Romanæ Ecclesiæ obedientia martyriũ subire non dubitauit. Alexandriæ, B. Achillæ episcopi, qui eruditione, fine, conuersatione, ac moribus fuit insignis. In Frisia, depositio S. Vuillibrordi episcopi Traiectensis, qui à B. Sergio Papa episcopus ordinatus, in Frisia & in Dania Euangelium prædicauit. Metis, sancti Rufi episcopi & confessoris.

Sexto

D xiiij. Sexto Idus Nouemb. Luna. 8

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1		2	3 4
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
5	6	7	8	9	10	11	12	12	13	14	15	16	17			

OCtaua omnium ſanctorum. Romæ via Lauicana, tertio ab Vrbe milliario, paſſio ſanctorũ martyrũ Claudij, Nicoſtrati, Symphoriani, Caſtorij, & Simplicij, qui primo in carcerem miſſi, deinde ſcorpionibus grauiſſimè cæſi, cum à Chriſti fide mutari nõ poſſent, iuſſi ſunt à Diocletiano in fluuiũ præcipites dari. Item via Lauicana, natalis ſanctorũ quattuor Coronatorũ, Seueri, Seueriani, Carpophori, & Victorini, qui ſub eodẽ Imperatore ictibus plumbatarum vſque ad mortem cæſi ſunt. Horum autem nomina, quæ poſtea interiectis annis Dño reuelãte oſtenſa ſunt, cum minimè reperiri tunc potuiſſent, ſtatutũ fuit vt anniuerſaria dies ipſorũ vna cum illis quinq; ſub nomine ſanctorũ quattuor Coronatorum recoleretur, qui mos etiam poſtquam reuelata ſunt, in Eccleſia perſeuerauit. Romæ, S. Deuſdedit Papæ, qui poſt Bonifacium ſedens, tanti meriti fuit, vt leproſum oſculo à lepra ſanauerit. Bremę, S. Vuillehaldi primi eius ciuitatis epiſcopi, qui vna cũ ſancto Bonifacio,

cuius

cuius diſcipulus fuit, in Friſia & Saxonia Euangelium propagauit. Sueſſione in Gallia, S. Godefridi epiſcopi Ambianenſis, magnæ ſanctitatis viri. Turonis, S. Clari presbyteri, cuius ſanctus Paulinus epitaphium ſcripſit.

9 Quinto Idus Nouemb. Luna. E xiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
6	7	8	9	10	11	12	13	13	14	15	16	17	18			

ROmæ, dedicatio Baſilicæ Saluatoris. Amaſeæ in Ponto, natalis ſancti Theodori militis, qui tẽpore Maximiani Imperatoris pro Chriſtianæ fidei confeſſione fortiter cæſus, & in carcerem miſſus, deinde Domino ſibi apparente, ac monente vt viriliter ageret, releuatus eſt: nouiſſimè poſtquam equuleo ſuſpenſus, & vngulis corraſus eſt, ita vt eius interiora nuda apparerent, ardentibus ignibus comburendus traditur: cuius laudes S. Gregorius Nyſſenus præclaro encomio celebrauit. Tyanæ in Cappadocia, paſſio S. Areſtis ſub Diocletiano Imperatore. Theſſalonicæ, S. Alexandri martyris ſub Maximiano principe. Apameæ in Syria, ſancti Antonini martyris. Firmi in Piceno, S. Theodori martyris. Bituricis, S. Vrſicini confeſſoris, qui Romæ

Romę ordinatus à ſucceſſoribus Apoſtolorum, primus eidẽ vrbi deſtinatur epiſcopus. Neapoli in Campania, ſancti Agrippini epiſcopi miraculis clari. Conſtantinopoli, ſanctarum virginum Euſtoliæ Romanę, & Sopatræ filię Mauritij Imperatoris. Beryti in Syria, commemoratio admirandi illius miraculi, quando ſancta Saluatoris imago à Iudæis crucifixa, tã copioſum emiſit ſanguinem, vt Orientales & Occidentales eccleſiæ ex eo vbertim acceperint.

F

xij. Quarto Idus Nouemb. Luna. 10

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
7	8	9	10	11	12	13	14	14	15	16	17	18	19

NAtalis SS. martyrũ Tryphonis, Reſpicij, & Nymphæ virginis ſub Decio Imperatore. In territorio Agathenſi, SS. martyrũ Tiberij, Modeſti, & Florentię, qui tẽpore Diocletiani variis tormentis cruciati, martyrium compleuerunt. Antiochiæ, ſanctorum Demetrij epiſcopi, Aniani diaconi, Euſtoſij, & aliorũ viginti. Eodẽ die, S. Ioannis Scoti, qui graphiis puerorum cõfoſſus, martyrij coronã adeptus eſt. Rauennæ, S. Probi epiſcopi. Aurelianis, S. Monitoris epiſcopi. In Anglia, S. Iuſti epiſcopi, qui vnà cum Augu-

Auguſtino, Mellito, & cæteris ſociis à S. Gregorio Papa in eam inſulā miſſus ad predicādū Euangelium, ibidē ſanctitate celebris obdormiuit in Dño. Beryti, S. Eraſti Apoſtolorum diſcipuli. In oppido Milleduno, S. Leonis cōfeſſoris. Iconij in Lycaonia, ſanctarū mulierum Tryphennæ & Tryphoſæ, quæ exemplo Theclæ, & prædicatione Pauli multum profecerunt in Domino. In Paro inſula, ſanctæ Theoctiſtæ virginis.

11 Tertio Idus Nouemb. Luna. G xj.

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 1 2 3 4 5 6 7
t u A B C D E F F G H M N P
8 9 10 11 12 13 14 15 15 16 17 18 19 20

TVronis in Gallia, natalis B. Martini epiſcopi & cōfeſſoris, cuius vita tantis extitit miraculis glorioſa, vt trium mortuorū meruerit eſſe ſuſcitator. Coryæi in Phrygia, inſignis paſſio S. Mennæ Ægyptij militis, qui in perſecutione Diocletiani, poſtquam abiecto militiæ cingulo, meruit cæleſti regi ſecreta conuerſatione in eremo militare, procedens in publicum, & ſe Chriſtianum libera voce declarans, primo diris cruciatibus examinatus, nouiſſimè fixis in oratione genibus Dño Ieſu Chriſto gratias agens, gladio cęſus eſt, ac multis poſt mortē miraculis claruit.

Rauennæ, SS. martyrum Valentini, Feliciani, & Victorini, qui in persecutione Diocletiani coronati sunt. Lugduni, S. Verani episcopi, cuius vita fide & virtutũ meritis fuit illustris. In prouincia Samnij, S. Mennæ solitarij, cuius virtutes & miracula sanctus Gregorius Papa commemorat.

A
x.

Pridie Idus Nouemb. Luna. 12

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
22	23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
9	10	11	12	13	14	15	16	16	17	18	19	20	21			

NAtalis S. Martini Papæ & martyris, qui Romæ coacta synodo, cum Sergiũ, Paulum, & Pyrrhũ hæreticos damnasset, iussu constantis Imperatoris hæretici per fraudẽ captus, & Cõstantinopolim perductus, in Chersonesum Lyciæ relegatus est; vbi ob catholicã fidẽ ærumnis confectus vitam finiuit, multisque miraculis claruit: cuius corpus postea Romã translatũ, in ecclesia eius nomine dedicata conditum fuit. In Asia, passio SS. Aurelij & Publij episcoporũ. In territorio Senonensi, S. Paterni martyris. In portu Gandensi, S. Liuini episcopi & martyris. In Polonia, SS. martyrũ Benedicti, Ioannis, Matthæi, Isaac, & Christini eremitarũ. Coloniæ, depositio S. Cuniberti episcopi, sanctitate cõspicui.

Auinione,

Auinione, S. Rufi primi eiusdem vrbis episcopi. Turiasone in Hispania, B. Æmiliani presbyteri, qui innumeris miraculis claruit: cuius admirabilem vitã Braulio Cæsaraugustanus episcopus descripsit. Constantinopoli, S. Nili abbatis, qui ex præfecto vrbis factus monachus, sub Theodosio iuniore doctrina & sanctitate claruit.

13 Idibus Nouemb. Luna. B ix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
23	24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
10	11	12	13	14	15	16	17	17	18	19	20	21	22

RAuennæ, natalis SS. martyrũ Valentini, Solutoris, & Victoris, qui sub Diocletiano Imperatore passi sunt. Aquis in prouincia Narbonensi, beati Mitrij clarissimi martyris. In Africa, sanctorum martyrũ Arcadij, Paschasij, Probi, & Eutychiani Hispanorũ, qui in persecutione Vuandalica cum in Arianã perfidiã nullatenus declinare paterẽtur, à Geiserico rege Ariano primũ proscripti, deinde in exilium acti, atque atrocissimis suppliciis cruciati, postremo diuerso mortis genere interempti sunt. Tunc & Paulilli pueruli germani, sanctorum Paschasij & Eutychiani cõstantia enituit, qui cum à fide catholica diuelli non posset, diu fustibus cęsus est:

ſed inuidens ei tyrannus martyrij gloriã, in duram ſeruitutem eum redegit. Cæſareæ in Palæſtina, paſſio SS. Antonini, Zebinæ, Germani, & Ennathæ virginis, quæ ſub Maximino verberibus cæſa, igne cremata eſt: illi verò cùm libera voce Firmilianũ pręſidẽ diis immolantẽ impietatis arguerẽt, capite cæſi ſunt. Turonis, S. Britij epiſcopi & confeſſoris. Cremonę, S. Homoboni confeſſoris, quem miraculis clarũ Innocentius tertius in ſanctorũ numerum retulit. Aruernis, ſancti Quinctiani epiſcopi & confeſſoris.

C viij. Decimooctauo Kal. Decemb. Luna. 14

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
24	25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
11	12	13	14	15	16	17	18	18	19	20	21	22	23			

HEracleę in Thracia, natalis SS. martyrum Clementini, Theodoti, & Philomeni. Alexandriæ, S. Serapionis martyris, quẽ perſecutores ſub Decio principe crudeliſſimis affecerunt ſuppliciis, ita vt omnes ei iuncturas membrorum prius ſoluentes, de ſuperioribus domus ſuæ eum præcipitarẽt, & ſic Chriſti martyr efficeretur. Gangræ in Paphlagonia, S. Hyppatij epiſcopi, qui à magna Nicæna ſynodo rediens, à Nouatianis hæreticis in via lapidibus impetitus

martyr

martyr occubuit. Trecis in Gallia, S.Venerandi martyris sub Aureliano Imperatore. Itẽ in Gallia, S.Venerandæ virginis, quæ sub Antonino Imperatore & Asclepiade pręside martyrij coronã accepit. Emesæ passio plurimarũ sanctarum mulierũ, quæ sub sæuissimo Arabũ duce Mady ob Christi fidem crudelissimè tortæ atq; necatæ sunt. Bononiæ, S.Iucundi episcopi & cõfessoris. In Hibernia, S.Laurentij episcopi Dublinensis.

15 Decimoseptimo Kal. Decemb. Luna. D vij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
25	26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
12	13	14	15	16	17	18	19	19	20	21	22	23	24

TOleti, sancti Eugenij episcopi & martyris, B. Dionysij Areopagitæ discipuli, qui in territorio Parisiensi consummato martyrij cursu, beatæ passionis coronã percepit à Dño. Nolę in Campania, natalis B.Felicis episcopi & martyris, qui à quintodecimo ætatis suæ anno miraculorũ gloria claruit, & sub Marciano pręside cũ aliis triginta agonẽ martyrij cõpleuit. Edessæ in Syria, SS.martyrũ Guriæ & Samonæ, qui in persecutione Diocletiani sub Antonino pręside ob Christi fidẽ diu cruciati, demum capite cæsi martyrio coronati sunt. Ibidem, passio S.Abibi

diaconi, qui ſub Licinio Imperatore & Lyſania præſide vnguibus laceratus, in ignem coniectus eſt. In Africa, ſanctorũ martyrũ Secundi, Fidentiani, & Varici. In Britannia, natalis S. Machuti epiſcopi & confeſſoris, qui à primæuo ætatis ſuæ tyrocinio miraculis emicuit. Veronæ, S. Liberij epiſcopi & confeſſoris. In Auſtria, ſancti Leopoldi eiuſdem prouinciæ Marchionis, quem ob celebrem ſanctitatem Innocentius octauus ſanctorum numero adſcripſit.

E vj. Decimoſexto Kal. Decemb. Luna. 16

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
26	27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
13	14	15	16	17	18	19	20	20	21	22	23	24	25

IN Africa, SS. martyrũ Ruffini, Marci, Valerij, & ſociorũ. Eodem die, ſanctorũ martyrũ Elpidij, Marcelli, Euſtochij, & ſociorũ: ex quibus Elpidius cũ eſſet ordinis ſenatorij, & coram Iuliano Apoſtata Chriſtianã fidem conſtantiſſimè profiteretur, equis indomitis vna cum ſociis alligatus, pertractus, atque confractus, demum cum illis coniectus in ignem, glorioſum martyrium cõſummauit. Lugduni, natalis S. Eucherij epiſcopi & confeſſoris, admirandæ fidei & doctrinæ, qui ex nobiliſſimo ſenatorum ordine ad

religioſam

religiosam vitã habitumq; conuersus, diu intra septa speluncæ sponte conclusus, in orationibus & ieiuniis Christo seruiuit, deinde apud præfatã vrbẽ in pontificali cathedra reuelante angelo solemniter collocatus est. Patauij, S. Fidentij episcopi & confessoris. Cantuariæ, sancti Edmundi episcopi, qui ob defensionẽ ecclesiasticę libertatis multa passus, quieuit in Domino. Eodẽ die, depositio sancti Othmari abbatis.

17 Decimoquinto Kal. Decemb. Luna. F v.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
27	28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
14	15	16	17	18	19	20	21	21	22	23	24	25	26			

NEocæsareæ in Ponto, S. Gregorij episcopi, qui doctrina & sanctitate illustris, propter signa atq; miracula, quæ cum multa ecclesiarum gloria perpetrauit, Thaumaturgus est appellatus. In Palæstina, SS. martyrũ Alphæi & Zacchæi, qui primo anno persecutionis Diocletiani post multa tormẽta capitalem sententiam subiêre. Cordubæ, sanctorũ martyrũ Aciscli & Victoriæ. Alexandrię, S. Dionysij episcopi, summæ eruditionis viri: qui multis confessionibus clarus, & pro passionũ tormentorumq; diuersitate magnificus, plenus dierum cõfessor quieuit

Valeriani & Gallieni Imperatorũ temporibus, Aurelianis, S. Aniani episcopi, cuius mortem in conspectu Domini pretiosam miracula crebra testantur. In Britannia, sancti Hugonis episcopi & confessoris, qui ex monacho Carthusiano ad ecclesiã Lincolniensem regendã vocatus, multis claruit miraculis, & sancto fine quieuit. Turonis, S. Gregorij episcopi & confessoris. Florentiæ, sancti Eugenij confessoris, diaconi beati Zenobij eiusdem ciuitatis episcopi.

G iiij. Decimoquarto Kal. Decemb. Luna. 18

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
28	29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
15	16	17	18	19	20	21	22	22	23	24	25	26	27			

ROmæ, dedicatio Basilicarum sanctorum Apostolorum Petri & Pauli. Antiochiæ, natalis S. Romani martyris, qui tempore Galerij Imperatoris, cum Ascelepiades præfectus in ecclesiã irrumperet, eamq; funditus conaretur euertere, cæteros Christianos hortatus vt ei contradicerent, post dira tormenta, & linguę abscissionem (sine qua tamen Dei præconia loquebatur) in carcere laqueo strangulatus, celebri martyrio coronatur. Passus est etiam ante ipsum puerulus nomine Barula, qui ab eo interrogatus vtrum melius

melius eſſet vnum Deum colere, an plures deos, cum in vnum Deum, quem Chriſtiani colunt, credendum eſſe reſpondiſſet, verberibus cæſus iuſſus eſt decollari. Item Antiochiæ, S. Heſychij martyris, qui cum eſſet miles, & præceptum audiſſet, vt quiſquis non ſacrificaret idolis, cingulum militiæ deponeret, repente cingulũ ſoluit: ob quam cauſam ligato in dextera eius ingenti ſaxo, in fluuiũ præcipitari iuſſus eſt. Eodem die, ſanctorũ Oriculi, & ſociorũ, qui in perſecutione Vuãdalica pro fide catholica paſſi ſunt. Maguntiæ, S. Maximi epiſcopi, qui tempore Conſtantij multa paſſus ab Arianis, confeſſor glorioſus occubuit. Turonis, tranſitus beati Odonis abbatis Cluniacenſis. Antiochiæ, S. Thomæ monachi, quẽ Antiocheni ob peſtem eius precibus ſedatam ſolemnitate annua coluerunt.

19 Decimotertio Kal. Decemb. Luna. A iij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
29	30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
16	17	18	19	20	21	22	23	23	24	25	26	27	28

ROmæ, S Pontiani Papæ & martyris, qui cum Philippo presbytero in Sardiniã deportatus, ibiq; vrgente perſecutione Maximini fuſtibus mactatus, martyrium conſummauit.

Corpus verò eius à beato Fabiano Papa Romam relatũ, in cœmeterio Callisti sepultũ est. Samariæ, S. Abdiæ prophetæ. Romæ via Appia, natalis S. Maximini presbyteri & martyris, qui in persecutione Maximiani passus, positus est ad sanctum Xystum. In ciuitate Astiagensi, B. Crispini episcopi, qui capite amputato, martyrij gloriam adeptus est. Viennæ, sanctorum martyrum Seuerini, Exuperij, & Feliciani, quorum corpora post multa annorum curricula, ipsis reuelantibus inuẽta, & à Pontifice, clero & populo illius vrbis honorificè sublata, cõdigno honore condita sunt. Eodem die, sancti Fausti diaconi Alexandrini, qui primum in persecutione Valeriani, cum sancto Dionysio in exilium missus, deinde in persecutione Diocletiani ætate longæuus gladio martyriũ cõsummauit. In Isauria, passio sanctorũ Azæ, & sociorum centum quinquaginta militum sub Diocletiano Imperatore, & Aquilino tribuno. In Pamphylia, sancti Heliodori martyris in persecutione Aureliani sub Ætio prę side: post quem passi sunt ipsi tortores, qui conuersi ad fidem, in mare demersi sunt. In Germania, depositio sanctæ Elizabeth viduæ, Andreæ regis Hungarorum filiæ, quæ pietatis operibus assiduè intenta, miraculis clara migrauit ad Dominum.

Duodeci-

20 Duodecimo Kal. Decemb. Luna. B ij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
30	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
17	18	19	20	21	22	23	24	24	25	26	27	28	29			

MEſſanæ in Sicilia, ſanctorum martyrum Ampeli & Caij. Taurini, ſanctorũ martyrũ Octauij, Solutoris, & Aduentoris Thebanę legionis militum, qui ſub Maximiano Imperatore egregiè decertãtes, martyrio coronati ſunt. Cæſareæ in Palæſtina, S. Agapij, qui ſub Maximino Imperatore damnatus ad beſtias, & ab iis nil læſus, lapidibus ad pedes appenſis in mare demergitur. In Perſide, paſſio ſanctorum Nerſæ epiſcopi, & ſociorũ. Doroſtori in Myſia, ſancti Daſij epiſcopi, qui cum nollet in feſto Saturni impudicitiis eius conſentire, ſub Baſſo præſide cæſus eſt. Nicææ in Bithynia, SS. martyrũ Euſtachij, Theſpeſij, & Anatolij in perſecutione Maximini. Heracleæ in Thracia, ſanctorũ martyrũ Baſſi, Dionyſij, & Orionis. In Anglia, ſancti Eadmundi Regis & martyris, qui à Danis necatus, multis miraculis claruit. Conſtantinopoli, ſancti Gregorij Decapolitæ, qui ob cultum ſanctarum imaginum multa paſſus, quieuit in Domino. Mediolani, S. Benigni epiſcopi & confeſſoris.

ſoris. Cabillone, S. Silueſtri epiſcopi, qui quadrageſimo ſecundo ſui ſacerdotij anno plenus dierum atq; virtutum migrauit ad Dominum. Veronæ, S. Simplicij epiſcopi & confeſſoris.

C j. Vndecimo Kal. Decemb. Luna. 21

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
18	19	20	21	22	23	24	25	25	26	27	28	29	30			

ROmę, paſſio ſanctorũ Celſi & Clementis. Apud Oſtiã, ſanctorũ martyrũ Demetrij & Honorij. Eodem die, natalis B. Rufi, de quo ſanctus Paulus ad Romanos ſcribit. Rhemis, S. Alberti epiſcopi Leodienſis & martyris, qui pro tuenda eccleſiaſtica libertate necatus eſt. Cõſtantinopoli, S. Theodori, qui vna cũ ſancto Theophane fratre aduerſus hęreticos Iconomachos decertans, ab Imperatore Theophilo ſimul verberibus affectus, atque in exilium pulſus, in carcere expirauit. Romæ, S. Gelaſij Papæ, doctrina & ſanctitate conſpicui. Veronæ, S. Mauri epiſcopi & confeſſoris. In monaſterio Bobienſi, depoſitio S. Columbani abbatis, qui multorum cœnobiorum fundator, plurimorũ pater extitit monachorum, multiſque virtutibus clarus quieuit in ſenectutę bona.

Decimo

22 Decimo Kal. Decemb. Luna. D *

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
19	20	21	22	23	24	25	26	26	27	28	29	30	1

ROmę, S. Cæciliæ virginis & martyris, quę ſponſum ſuũ Valerianum, & fratrem eius Tiburtium ad credendũ in Chriſtum perduxit, & ad martyriũ incitauit. Hanc Almachius præfectus poſt eorũ martyriũ teneri, atq. illuſtri paſſione poſt ignẽ ſuperatum gladio fecit cõſummari, tempore Alexandri Imperatoris. Ibidem, S. Cærealis vicariæ præfecturæ viri, qui ſub Hadriano Imperatore paſſus eſt. Itẽ Romę, S. Mauri martyris, qui ex Africa veniens ad ſepulchra Apoſtolorum, ſub Numeriano Imperatore & Celerino Vrbis præfecto agonizauit. Coloſſis in Phrygia, SS. Philemonis, Archippi, & Appiæ S. Pauli diſcipulorum, qui ſub Nerone Imperatore cum gentiles in die feſto Dianæ eccleſiam inuaſiſſent, cęteris fugientibus tenti, iuſſu Artoclis præſidis verberibus cęſi, & in foueam vſque ad renes incluſi, lapidibus opprimuntur. Antiochiæ Piſidiæ, paſſio ſanctorũ Marci & Stephani ſub Diocletiano Imperatore. Auguſtoduni, ſancti Pragmatij epiſcopi & confeſſoris.

Nono

E xxix.

Nono Kal. Decemb. Luna. 23

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	26	27	27	28	29	30	1	2

NAtalis S. Clementis Papæ, qui tertius à beato Petro Apoſtolo Pontificatũ tenuit, & poſt præclariſſima geſta in perſecutione Traiani in inſulã Lyciæ apud Cherſoneſum relegatus, ibi alligata ad collum eius anchora in mare præcipatus, martyrio coronatur: cuius corpus Nicolao primo Pontifice Romã tranſlatũ, in ecclesia, quæ eius nomine antea fuerat extructa, honorificè reconditum eſt. Romæ, ſanctæ Felicitatis matris ſeptem filiorum martyrum, quæ poſt eos, iubente Marco Antonino Imperatore, decollata eſt pro Chriſto. Emeritæ in Hiſpania, ſanctæ Lucretiæ virginis & martyris, quę in perſecutione Diocletiani ſub Daciano pręſide martyrium conſummauit. Cyzici in Helleſponto, S. Siſinij, qui in eadem perſecutione poſt multa tormenta gladio cæſus eſt. Iconij in Lycaonia, S. Amphilochij epiſcopi, qui ſanctorũ Baſilij & Gregorij Nazianzeni in eremo ſocius, & in epiſcopatu collega, poſt multa certamina pro catholica fide ſuſcepta, ſanctitate & doctrina clarus

ſus quieuit in pace. Agrigenti, ſancti Gregorij epiſcopi & cõfeſſoris. In pago Hasbanio, ſancti Trudonis presbyteri & confeſſoris.

F

24 Octauo Kal. Nouemb. Luna. xxviij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	27	28	28	29	30	1	2	3

NAtalis S. Chryſogoni martyris, qui poſt longa vincula & carceres pro cõſtantiſſima Chriſti confeſſione toleratos, iubente Diocletiano Aquileiã perductus, ibidem capite cæſus, & in mare proiectus, martyrium conſummauit. Romæ, S. Creſcentiani martyris, qui in paſſione beati Marcelli Papæ legitur. Apud Corinthum, S. Alexandri martyris, qui ſub Iuliano Apoſtata, & Salluſtio præſide, pro Chriſti fide certauit vſq; ad mortem. Cordubæ, ſanctarum virginum & martyrũ Floræ & Mariæ, quę poſt diuturnos carceres in perſecutione Diocletiani ſub Eugenio iudice gladio interẽptæ ſunt. Ameriæ in Vmbria, ſanctæ Firminæ virginis & martyris, quæ in eadẽ perſecutione paſſa eſt. Mediolani, S. Protaſij epiſcopi & cõfeſſoris. In Caſtro Blauio, S. Romani presbyteri, cuius ſanctitatis præconiũ, miraculorũ gloria declarat. Peruſiæ, ſancti

ſancti Feliciſſimi confeſſoris. In territorio Aruernenſi, ſancti Portiani abbatis, qui ſub Theodorico Rege miraculis claruit.

G xxvij.

Septimo Kal. Decemb. Luna. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	28	29	29	30	1	2	3	4

IN monte Sinai, ſanctæ Catharinæ virginis & martyris, quæ ob fidei Chriſtianæ confeſſionem Alexandriæ in carcere clauſa, & poſtmodũ ſcorpionibus diutiſſime cęſa, tandẽ capitis obtruncatione martyrium compleuit: cuius corpus in eundẽ montem mirabiliter delatum, pia omnium fidelium veneratione celebratur. Romæ, S. Moyſis presbyteri & martyris, quem cum aliis detentum in carcere, ſanctus Cyprianus per litteras ſæpè eſt conſolatus. Is cum non tantum aduerſus gentiles, ſed etiam aduerſus ſchiſmaticos & hæreticos Nouatianos infracto animo ſtetiſſet, demũ (vt S. Cornelius Papa teſtatur) in perſecutione Decij eximio & admirabili martyrio decoratus eſt. Antiochię S. Eraſmi martyris. Cæſareę in Cappadocia, paſſio S. Mercurij militis, qui cuſtodiẽtis ſe angeli patrocinio & Barbaros vicit, & Decij ſæuitiam ſuperauit, multiſ-

multiſq; auctus tormentorũ trophæis, martyrio coronatus migrauit in cælum. In Æmilia Italiæ prouincia, ſanctæ Iucundæ virginis.

26 Sexto Kal. Decemb. Luna. A xxvj. 25

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
23	24	25	26	27	28	29	1	30	1	2	3	4	5			

ALexandriæ, natalis ſancti Petri eiuſdem vrbis epiſcopi, qui cum eſſet omnibus virtutibus exornatus, Maximini præcepto capite obtruncatur. Paſſi ſunt etiam Alexandriæ in eadem perſecutione, ſancti martyres Fauſtus presbyter, Didius & Ammonius: itemque Phileas, Heſychius, Pachomius, & Theodorus epiſcopi Ægyptij, cũ aliis ſexcentis ſexaginta, quos perſecutionis gladius euexit ad cælos. Patauij, S. Belini epiſcopi & martyris. Nicomediæ, ſancti Marcelli presbyteri, qui Conſtantij tempore ab Arianis è rupe pręcipitatus martyr occubuit. Auguſtoduni, S. Amatoris epiſcopi. In monaſterio Vendopera, ſancti Leonardi confeſſoris. In territorio Rhemenſi, ſancti Baſoli confeſſoris. Hadrianopoli in Paphlagonia, ſancti Styliani anachoritæ, miraculis clari. In Armenia, ſancti Niconis monachi.

B Quinto Kal. Decemb. Luna. 27
xxiiij.
xxv a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23
t u A B C D E F F G H M N P
24 25 26 27 28 29 1 2 1 2 3 4 5 6

ANtiochiæ, SS. martyrũ Baſilei epiſcopi, Auxilij, & Saturnini. In Perſia, S. Iacobi interciſi, martyris conſpicui, qui tẽpore Honorij & Arcadij Imperatorũ, cum in gratiã Iſdegerdis regis Chriſtũ negaſſet, & propterea mater eius & vxor ab ipſius ſe conſuetudine ſubtraxiſſent, cõpunctus atq; in ſe reuerſus, pro Chriſti cõfeſſione Regem adit, à quo irato cõdemnatus, membratim conciſus (vnde Interciſi nomen accepit) & capite obtrũcatus, acerbiſſimã ſuſtinuit mortem: quo tẽpore innumeri alij martyres ibidem paſſi ſunt. Sebaſtæ in Armenia, SS. martyrum Hirenarchi, Acacij presbyteri, ac ſeptem mulierũ, quarum cõſtantia Hirenarchus commotus, Chriſtum cõfeſſus eſt, & ſub Diocletiano Imperatore, & Maximo præſide, vnacũ Acacio ſecuri percuſſus, martyrij coronã accepit. In Gallecia apud Cæã fluuiũ, SS. Facundi & Primitiui, filiorũ S. Marcelli martyris, qui ſub Diocletiano & Attico præſide paſſi ſunt. Aquileiæ, S. Valeriani epiſcopi. Rhegij in Gallia Ciſalpina, S. Maximi epiſcopi

episcopi & cōfessoris, qui à primæua ætate omni gratia virtutum præditus, primū Lirinensis cœnobij pater, deinde Rhegiensis ecclesiæ episcopus, signis & prodigiis inclytus extitit. Apud Indos Persis finitimos, SS. Barlaam & Iosaphat, quorum actus mirandos sanctus Ioannes Damascenus conscripsit. Lutetiæ Parisiorum, depositio S. Seuerini monachi & solitarij.

28 Quarto Kal. Decemb. Luna. C xxiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
25	26	27	28	29	1	2	3	2	3	4	5	6	7			

ROmæ, S. Rufi, quem cū omni familia sua Diocletianus Christi martyrem fecit. Corinthi, natalis S. Sosthenis discipuli B. Pauli Apostoli, qui ex principe synagogæ conuersus ad Christum, ante Gallionem proconsulē acriter verberatus, pręclaro initio fidei suę primordia consecrauit. In Africa, SS. martyrū Papiniani & Mansueti episcoporū, qui tempore Vuandalicę persecutionis sub Geiserico rege Ariano pro fidei catholicæ defensione candentibus ferri laminis toto corpore adusti, gloriosum agonē consummarunt. Constantinopoli, S. Stephani iunioris, qui tempore Constantini Copronymi pro cultu

ſanctarũ imaginũ illuſtre martyriũ ſubiit: in cuius percuſſorẽ ſpiritus nequã inſiliens, eumque diſcerpens, continuo enecauit. Ibidẽ, SS. martyrũ Baſilij, Petri, Andreæ, & ſociorũ trecentorum & triginta nouẽ monachorũ, qui ſub eodẽ Imperatore ob eandẽ cauſam variis excruciati ſuppliciis, veritatem catholicã effuſo ſanguine confirmarunt. Romæ, S. Gregorij Papæ tertij, qui ſanctitate meritiſq; præclarus in pace quieuit.

D Tertio Kal. Decemb. Luna. 29

xxij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
26	27	28	29	1	2	3	4	3	4	5	6	7	8			

Vigilia S. Andreæ Apoſtoli. Romæ via Salaria, natalis ſanctorũ martyrũ Saturnini ſenis, & Siſinij diaconi; quos ſub Maximiano principe diu carcere maceratos, iuſſit præfectus Vrbis in equuleũ leuari, & attrahi neruis, & fuſtibus ac ſcorpionibus cædi, deinde eis flammas apponi, & depoſitos de equuleo capite truncari. Toloſæ, S. Saturnini epiſcopi, qui temporibus Decij in capitolio eiuſdẽ Vrbis à paganis tẽtus, atque à ſumma Capitolij arce per omnes gradus præcipitatus, capite colliſo, excuſſoque cerebro, & omni corpore dilaniato, dignam Chriſto animam

mam reddidit. Apud Rauennam, S. Illuminatæ virginis & martyris, quæ in persecutione Maximiani primo à parentibus, deinde à Sebastiano iudice variè afflicta, martyrium consummauit. Itẽ, passio sanctorũ Paramonis, & sociorũ trecẽtorũ septuaginta quinq; sub Decio Imperatore, & Aquilino pręside. Ancyrę, S. Philomeni martyris, qui in persecutione Aureliani Imperatoris sub Felice præside igne probatus, manibus, pedibusque, ac demũ capite clauis confixo, martyrium consummauit. Damasci, natalis B. Ioannis Damasceni, sanctitate & doctrina celebris, qui pro cultu sanctarũ imaginũ verbo & scriptis aduersus Leonem Isauricum strenuè decertauit.

30 Pridie Kalend. Decemb. Luna. E xxj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
27	28	29	1	2	3	4	5	4	5	6	7	8	9			

APud Patras Achaiæ, natalis S. Andreæ Apostoli, qui in Thracia & Scythia Christi Euangeliũ prædicauit. Beatissimus hic ab Ægea procõsule cõprehensus, primo in carcere clausus est, deinde grauissimè cæsus, ad vltimũ in cruce suspensus, in ea populũ docẽs biduo superuixit: & rogato Dño ne eum sineret de cruce deponi,

circūdatus magno ſplēdore de cælo, abſcedente poſtmodū lumine emiſit ſpiritū. Romæ, paſſio SS.Caſtuli & Euprepitis. Cōſtantinopoli, ſanctę Mauræ virginis & martyris. Itē, S.Iuſtinæ virginis & martyris. Apud Santonas, S.Troiani epiſcopi, magnę ſanctitatis viri, qui ſepultus in terris, in cælo ſe viuere multis virtutibus manifeſtat. Romæ, S.Cōſtantij confeſſoris, qui fortiter Pelagianis reſiſtēs, eorū factione multa pertulit, quæ illū ſanctis confeſſoribus ſociarunt. In Palæſtina, S. Zoſimi confeſſoris, qui ſub Iuſtino Imperatore ſanctitate & miraculis fuit inſignis.

E Kalendis Decembris. Luna. I

xx.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
28	29	1	2	3	4	5	6	5	6	7	8	9	10			



Ahum prophetæ in Begabar quieſcentis. Romæ, SS.martyrum Diodori presbyteri, & Mariani diaconi, cum aliis pluribus, qui iubente Numeriano principe martyrij gloriā meruerūt. Ibidē, paſſio ſanctorū Lucij, Rogati, Caſſiani, & Candidæ. Maguntiæ, natalis S. Albani martyris. Senis in Tuſcia, S. Anſani martyris, qui ſub Diocletiano

cletiano Imperatore Romæ Chriſtum cõfeſſus, & in carcerẽ truſus, deinde Senas perductus, ibi truncatus eſt capite. Narniæ, S. Proculi epiſcopi & martyris, qui poſt multa egregia opera à Totila Gothorũ rege iuſſus eſt decollari. Arbele in Perſia, S. Ananię martyris. Ameriæ in Vmbria, S. Olympiadis viri conſularis, qui à beata Firmina ad fidẽ cõuerſus, ſub Diocletiano in equuleo tortus, martyr migrauit ad Dominum. Mediolani, S. Caſtritiani epiſcopi. Brixiæ, S. Vrſicini epiſcopi & confeſſoris. Nouiomi apud Belgas, ſancti Eligij epiſcopi miraculis clari. Viroduni, S. Agerici epiſcopi & confeſſoris. Ipſo die, ſancti Euaſij epiſcopi & confeſſoris. Conſtantinopoli, ſanctæ Nataliæ vxoris ſancti Hadriani martyris, quæ ſub Diocletiano Imperatore ſanctis martyribus in carcere detentis multo tempore miniſtrauit, impletoque eorũ certamine Byzantium profecta, in pace quieuit.

2 Quarto Nonas Decemb. Luna. G xix.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
29	1	2	3	4	5	6	7	6	7	8	9	10	11

ROmæ, paſſio ſanctę Bibianæ virginis, quę temporę Iuliani Apoſtatæ ob Chriſtum

tamdiu plumbatis cæſa eſt, donec redderet ſpiritum. Item Romæ, S. Pontiani martyris, cũ aliis quattuor. In Africa, natalis SS. martyrũ Seueri, Securi, Ianuarij, & Victorini, qui ibidẽ martyrio coronati ſunt. Item in Africa, S. Catullini martyris, de cuius laudibus ſanctus Auguſtinus ad populum ſermonem habuit. Aquileiæ, S. Chromatij epiſcopi & confeſſoris. Apud Forum Cornelij, S. Petri epiſcopi Rauennatis, cognomento Chryſologi, doctrina & ſanctitate celebris. Veronæ, S. Lupi epiſcopi & confeſſoris. Edeſſæ, ſancti Nonni epiſcopi, cuius precibus Pelagia pœnitens ad Chriſtũ conuerſa eſt. Troade in Phrygia, ſancti Siluani epiſcopi, miraculis clari.

A xviij. Tertio Nonas Decemb. Luna. 3

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
1	2	3	4	5	6	7	8	7	8	9	10	11	12

IN Iudæa, S. Sophoniæ prophetæ. Romę, ſanctorũ martyrũ Claudij tribuni, & vxoris eius Hilariæ, & Iaſonis & Mauri eorum filiorũ, cum aliis ſeptuaginta militibus: ex quibus Claudium iuſſit Numerianus Imperator ingenti ſaxo alligatũ in flumen præcipitẽ dari, milites verò, & filios ipſius Claudij capitali ſentẽtia puniri. Beata

autem

autem Hilaria cum filiorũ corpora collegiſſet, ac ſepeliſſet, ad eorũ ſepulchrũ orans, paulo poſt à paganis tenta migrauit ad Dominum. Tingi in Mauritania, paſſio S. Caſſiani, qui exceptoris diu gerens officium, tandẽ cęlitus inſpiratus, execrabile duxit, Chriſtianorũ neci deſeruire, vnde renuntians eidẽ officio, ſub Chriſtiana confeſſione triumphũ meruit obtinere martyrij. Item in Africa, ſanctorũ martyrum Claudij, Criſpini, Maginæ, Ioannis, & Stephani. In Pannonia, ſancti Agricolæ martyris. Nicomediæ, paſſio ſanctorũ Ambici, Victoris, & Iulij. In inſula Chio, ſanctę Meropis martyris. Mediolani, S. Miroclis epiſcopi & confeſſoris. In Anglia, ſancti Berini primi epiſcopi Dorceſtrienſis. In Britannia, ſancti Lucij Regis, qui primus ex iis Regibus Chriſti fidem recepit tempore Eleutherij Papæ. Senis in Tuſcia, ſancti Galgani eremitæ.

4 Pridie Nonas Decemb. Luna. B xvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
2	3	4	5	6	7	8	9	8	9	10	11	12	13			

Nicomediæ, S. Barbaræ virginis & martyris, quæ in perſecutione Maximiani, poſt diram carceris macerationem, lampadarũ adu-

ſtionẽ, mamillarũ præciſionẽ, atq; alia tormẽta, gladio martyriũ cõſummauit. Conſtantinopoli, ſanctorũ Theophanis, & ſociorum. In Ponto, B. Meletij epiſcopi & cõfeſſoris, qui cũ eſſet eruditionis prærogatiua præcipuus, virtus tamen animi & vitæ ſinceritas in eo longè magnificentior extitit. Bononiæ, S. Felicis epiſcopi, qui primò eccleſiæ Mediolanenſis ſub S. Ambroſio diaconus fuit, deinde Bononiẽſis eccleſię factus epiſcopus, poſt multa præclara virtutum opera quieuit in pace. In Anglia, S. Oſmundi epiſcopi & confeſſoris. Coloniæ, S. Annonis epiſcopi & confeſſoris. In Meſopotamia, S. Maruthæ epiſcopi, qui collapſas in Perſia Dei eccleſias ob perſecutionẽ Iſdegerdis regis reparauit, multiſque miraculis clarus, apud hoſtes etiã meruit honorari. Parmæ, S. Bernardi epiſcopi, & Cardinalis.

C
xvj. Nonis Decemb. Luna. 5

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
3	4	5	6	7	8	9	10	9	10	11	12	13	14			

MVtalæ in Cappadocia, S. Sabbæ abbatis, qui in Palæſtina miro ſanctitatis exẽplo refulſit, & pro fide catholica aduerſus impugnãtes ſanctam ſynodum Chalcedonenſem ſtrenuè labora-

laborauit. Thebeſte in Africa, ſanctæ Criſpinæ nobiliſſimæ feminæ, quę tēporibus Diocletiani & Maximiani, cū ſacrificare nollet, iuſſu Anolini procōſulis decollata eſt: quā ſanctus Auguſtinus ſæpè laudibus celebrat. Thaguræ in Africa, SS. martyrū Iulij, Potamię, Criſpini, Felicis, Grati, & aliorū ſeptem. Apud Ticinum, S. Dalmatij epiſcopi & martyris, qui in perſecutione Maximiani paſſus eſt. Nicææ apud Varum fluuium, S. Baſſi epiſcopi, qui in perſecutione Decij & Valeriani à Perēnio pręſide ob Chriſti fidē equuleo tortus, laminis candentibus vſtus, fuſtibus & ſcorpionibus cæſus, in ignē iniectus, cū euaſiſſet illæſus, duobus clauis confixus illuſtre martyriū conſummauit. Apud Corphinium, S. Pelini epiſcopi Brundiſini, qui ſub Iuliano Apoſtata verberibus cæſus martyrij coronam accepit. Item, S. Anaſtaſij martyris, qui ardore martyrij ſponte ſe perſecutoribus obtulit. Treuiris, S. Nicetij epiſcopi, miræ ſanctitatis viri. Polyboti in Aſia, S. Ioannis epiſcopi, cognomento Thaumaturgi.

6 Octauo Idus Decemb. Luna. D. XV.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
4	5	6	7	8	9	10	11	10	11	12	13	14	15			

Myreæ

MYreæ, quæ est metropolis Lyciæ, natalis sancti Nicolai episcopi & confessoris, de quo inter plura miraculorum insignia illud memorabile fertur, quòd Imperatorem Constantinum ab interitu quorundam se inuocantium, longè constitutus, ad misericordiam per visum monitis deflexit & minis. In Africa, sanctarum mulierũ Dionysiæ, Datiuæ, Leontiæ, & religiosi viri nomine Tertij, Æmiliani medici, & Bonifacij, cum aliis tribus, qui omnes pro defensione catholicæ fidei in persecutione Vuandalica sub Hunnerico rege Ariano grauissimis & innumeris suppliciis cruciati, confessorum Christi numero sociari meruerunt. Ibidem, S. Maiorici filij sanctæ Dionysiæ, qui cum esset adolescentulus delicatus & formidolosus, ac tormenta paueſceret, matris obtutibus, verbisque corroboratus, cæteris fortior factus, in tormentis reddidit spiritum. Eum amplexata mater domi sepeliuit, & ad eius sepulchrum assiduè orare consueuit. Eodem die, S. Polychronij presbyteri, qui tempore Constantij Imperatoris, cum ad altare Missas ageret, inuasus est ab Arianis, & iugulatus.

Septimo

7 Septimo Idus Decemb. Luna. E xiiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
5	6	7	8	9	10	11	12	11	12	13	14	15	16			

MEdiolani, ordinatio S. Ambroſij epiſcopi & cõfeſſoris, & Eccleſiæ doctoris, cuius ſanctitate & doctrina vniuerſalis Eccleſia decoratur. Firmi in Piceno, S. Sabini epiſcopi & martyris. Alexandriæ, natalis beati Agathonis militaris, qui in perſecutione Decij cum prohiberet quoſdã volentes illudere cadaueribus martyrũ, clamor repentè totius vulgi aduerſus eum extollitur: oblatus autẽ iudici, cũ in confeſſione perſiſteret, capite pro pietate damnatus eſt. In Meſopotamiá, ſancti Athenodori martyris, qui ſub Diocletiano Imperatore & Eleuſio prſide ignibus cruciatus, & aliis ſuppliciis tortus, demum capite damnatus, cum carnifex corruiſſet, nec vnus alius gladio illum ferire auſus eſſet, orans obdormiuit in Domino. Antiochiæ ſanctorum martyrum Polycarpi & Theodori. Tuburbi in Africa, S. Serui martyris, qui in perſecutione Vuandalica ſub Hunnerico Rege fuſtibus diutiſſimè cæſus, trocleis frequẽter in ſublime eleuatus, atq; ictu celeri ſuper ſilices pondere corporis

poris dimiſſus, & lapidibus acutiſſimis perfricatus, martyrij palmam adeptus eſt. Apud Santonas in Gallia, ſancti Martini abbatis, ad cuius tumulum creberrima diuinitus fiunt miracula. In Pago Meldenſi, ſanctæ Pharæ virginis.

F
xiij. Sexto Idus Decemb. Luna. 8

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
6	7	8	9	10	11	12	13	12	13	14	15	16	17			

Conceptio glorioſæ ſemper virginis Dei genitricis Mariæ. Romæ, B. Eutychiani Papæ, qui per diuerſa loca trecentos quadragintaduos martyres manu ſua ſepeliuit; quibus & ipſe ſociatus, ſub Aureliano Imperatore martyrio coronatus, ſepultus eſt in cœmeterio Caliſti. Alexandriæ, S. Macarij martyris, qui tempore Decij cum à iudice multis verbis ad negandum Chriſtum ſuaderetur, & eo maiori conſtantia fidem ſuam profiteretur, viuus ad vltimũ iubetur exuri. In Cypro, S. Sophronij epiſcopi & confeſſoris, qui pupillorũ, orphanorũ, ac viduarum defenſor mirificus, & pauperum, atq; oppreſſorum omnium adiutor fuit. Treuiris, S. Eucharij epiſcopi & confeſſoris. In monaſterio Luxouienſi, ſancti Romarici abbatis, qui cũ in aula Theodo-

Theodoberti Regis primus esset, renuntians sæculo, monastica obseruantia cęteris etiam antecelluit. Constantinopoli, sancti Patapij solitarij, qui virtutibus & miraculis coruscauit.

9 Quinto Idus Decemb. Luna. G xij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
7	8	9	10	11	12	13	14	13	14	15	16	17	18			

TOleti in Hispania, natalis S. Leocadię virginis, quę in persecutione Diocletiani Imperatoris à præfecto Hispaniarum Daciano dira carceris custodia macerata, cùm grauissimos B. Eulalię & reliquorũ martyrũ cruciatus audisset, genibus in oratione positis impollutũ Christo spiritũ reddidit. Carthagine, S. Restituti episcopi & martyris, in cuius solemnitate sanctus Augustinus de eo ad populũ sermonem habuit. Itẽ, in Africa, SS. martyrũ Petri, Successi, Bassiani, Primitiui, & aliorum viginti. Lemouicis in Gallia, sanctæ Valeriæ virginis & martyris. Veronæ, S. Proculi episcopi, qui in persecutione Diocletiani colaphis ac fustibus cæsus, & ciuitate pulsus, tandem ad ecclesiã suam restitutus quieuit in Domino. Papię, S. Syri primi eiusdem ciuitatis episcopi, qui Apostolicis signis & virtutibus

tutibus claruit. Apameæ in Syria, ſancti Iuliani cõfeſſoris, qui tempore Seueri claruit ſanctitate. Petragorij in Gallia, S. Cypriani abbatis, magnę ſanctitatis viri, & miraculis clariſſimi. Nazianzi, ſanctæ Gorgoniæ ſororis S. Gregorij Theologi, cuius ipſe virtutes & miracula conſcripſit.

A xj. Quarto Idus Decemb. Luna. 10

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
8	9	10	11	12	13	14	15	14	15	16	17	18	19

ROmæ, ſancti Miltiadis Papæ, qui in perſecutione Maximiani multa paſſus, reddita Eccleſiæ pace quieuit in Domino. Spoleti, SS. martyrũ Carpophori presbyteri, & Abundij diaconi, qui in perſecutione Diocletiani primo fuſtibus crudeliſſimè cęſi, deinde in carcerẽ, negato cibo & potu, retruſi, & rurſum in equuleo torti, & poſt hæc diu in carcere macerati, nouiſſimè gladio percuſſi ſunt. Emeritę in Hiſpania, paſſio ſanctæ Eulaliæ virginis, qui in eadẽ perſecutione, cum eſſet annorũ duodecim, iuſſu Daciani præſidis pro confeſſione Chriſti plurima tormenta perpeſſa eſt: nouiſſimè in equuleo ſuſpenſa, & exungulata, faculis ardentibus ex vtroque latere appoſitis, hauſto igne ſpiritum reddidit.

reddidit. Ibidem, ſanctæ Iuliæ virginis & martyris, quæ beatæ Eulaliæ ſocia fuit, & illi ad paſſionẽ properanti comes indiuidua adhæſit. Alexandriæ, SS. martyrum Menæ, Hermogenis, & Eugraphi, qui ſub Maximino paſſi ſunt. Ancyræ in Galatia, S. Gemelli martyris, qui pòſt diriſſima tormenta ſub Iuliano Apoſtata crucis ſupplicio martyriũ conſummauit. Apud Leontinos in Sicilia, ſanctorum martyrum Mercurij, & ſociorum militum, qui ſub Tertyllo præſide tempore Licinij Imperatoris gladio cæſi ſunt. Viennæ, ſancti Sindulphi epiſcopi & confeſſoris.

11 Tertio Idus Decemb. Luna. B x.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
21	22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
9	10	11	12	13	14	15	16	15	16	17	18	19	20

ROmæ, S. Damaſi Papæ, qui Apollinarem hæreſiarcham damnauit, & Petrũ epiſcopum Alexandrinũ fugatum reſtituit: multa corpora ſanctorum martyrũ inuenit, & eorum memorias verſibus exornauit: demum virginitate ſeruata quieuit in pace. Itẽ Romæ, paſſio ſancti Thraſonis, qui cum Chriſtianos laborantes in thermis, aliiſque operibus publicis fatigatos, & in carcere poſitos de ſuis facultatibus aleret, iu-

bente Maximiano tentus, cũ aliis duobus Pontiano & Prætextato, martyrio coronatus est. Ambiani, sanctorũ martyrũ Victoricì & Fusciani sub eodem Imperatore, in quorũ naribus & auribus iussit Rictiouarus præses immitti tarinchas, & clauis ardentibus tempora transfigi, deinde oculos euelli, ac postmodum eorũ corpora iaculari, sicq́, vna cum sancto Gentiano eorum hospite capitibus amputatis migrauerũt ad Dominum. In Perside, S. Barsabæ martyris. Placentiæ, S. Sabini episcopi, miraculis clari. In Hispania, sancti Eutychij confessoris.

C
ix. Pridie Idus Decemb. Luna. 11

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
22	23	24	25	26	27	28	29	1	2	3	4	5	6	7	8	9
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
10	11	12	13	14	15	16	17	16	17	18	19	20	21			

ROmæ, sancti Synesij martyris, qui tẽpore S. Xysti Papæ lector ordinatus, cũ multos conuertisset ad Christum, apud Aurelianũ Imperatorem accusatus, percussus gladio martyrij coronam accepit. Alexandrię, SS. martyrũ Epimachi & Alexandri, qui sub Decio Imperatore cum fuissent multo tẽpore in vinculis, & diuersis suppliciis affecti perdurassent in fide, ignibus tandẽ consumpti sunt. Ibidem, sanctarũ mulierum

ſuppliciis poſitus trepidaret, & iam penè ad negandum declinaret, vultu, oculis, ac nutibus illum conabantur erigere: cumque hac de cauſa totius populi clamor in eos proſiliret, prorumpentes in mediū, Chriſtianos ſe eſſe teſtati ſunt: per quorū victoriā Chriſtus, qui ſuis eam animi cōſtantiam dederat, glorioſiſſimè triumphauit. Geldubæ, S. Iulij martyris. In Arabia, ſanctorum martyrum Eugenij & Macarij presbyterorum, qui à Iuliano Apoſtata, cum ipſius impietatem arguiſſent, ſæuiſſimis plagis affecti, atque in vaſtiſſimam eremum relegati, gladio cæſi ſunt. Antiochiæ, natalis S. Philogonij epiſcopi, qui ex cauſidico Dei nutu ad eam regendam eccleſiam accerſitus, aduerſus Arium vna cum ſancto Alexandro epiſcopo & ſociis primum pro fide catholica certamen iniit, claruſque meritis quieuit in Domino: cuius annuam feſtiuitatem ſanctus Ioannnes Chryſoſtomus præclaro encomio celebrauit. Brixiæ, ſancti Dominici epiſcopi & confeſſoris.

21 Duodecimo Kal. Ianuarij. Luna. E *

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
t u A B C D E ꝑ F G H M N P

19 20 21 22 23 24 25 26 25 26 27 28 29 1

Calaminæ,

CAlaminæ, natalis B. Thomæ Apostoli, qui Parthis, Medis, Persis, Hyrcanis, & Brachmanis Euangelium prædicauit, atque ad Indos vsque perueniens, illos in Christiana religione instituit; à quibus postea lanceis trãsfixus occubuit: cuius corpus ad vrbẽ Edessam translatũ, innumeris miraculis coruscauit. In Tuscia, SS. martyrũ Ioannis & Festi. Nicomediç S. Glycerij presbyteri, qui in persecutione Diocletiani multis tormentis vexatus, in ignem demũ coniectus martyriũ consummauit. Antiochiæ, sancti Anastasij episcopi & martyris, qui Phoca imperante, à Iudæis sæuissimè necatus est. In Lycia, S. Themistoclis martyris, qui sub Decio Imperatore pro sancto Dioscoro, qui quærebatur ad necem, se offerens, equuleo tortus, raptatus, ac fustibus cæsus martyrij coronam adeptus est. Treuiris, sancti Seuerini episcopi & confessoris.

F xxix. Vndecimo Kal. Ianuarij. Luna. 22

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
20	21	22	23	24	25	26	27	26	27	28	29	1	2

ROmæ via Lauicana inter duas lauros, natalis sanctorum triginta Martyrum, qui omnes vna die in persecutione Diocletiani martyrio

tyrio coronati ſunt. Ibidem, ſancti Flauiani ex-præfecti, qui ſub Iuliano Apoſtata pro Chriſto inſcriptione damnatus, & ad aquas Taurinas in exilium miſſus, illic orans, ſpiritum Deo reddidit. Apud Oſtia Tiberina, ſanctorum martyrum Demetrij, Honorati, & Flori. Alexandriæ, S. Iſchyrionis martyris, qui cum ad ſacrificandum conuiciis & iniuriis cogeretur, atque contemneret, præacuta ſude per media viſcera trāſuerberatus neci traditur. In Bithynia, ſanctæ Theodotæ, & trium filiorū eius, quæ ſub Diocletiano Imperatore, & Nicetio præfecto, in fornacem vna cum filiis iniecta, martyrium conſummauit. Nicomediæ, ſancti Zenonis militis, qui in eadem perſecutione, cum Imperatorem Cereri immolantem deriſiſſet, maxillis confractis, dentibusque excuſſis, capite truncatus eſt. In Ægypto, ſanctorum Chæremonis epiſcopi Nilopolis, & aliorum plurimorum martyrum, quorum alij ſæuiente Decij perſecutione, fuga diſperſi, in ſolitudinibus errantes, à beſtiis interempti ſunt: alij fame, frigore, ac languore conſumpti, alij à barbaris & latronibus necati, martyrij gloria coronati ſunt.

Decimo

G xxviij. Decimo Kal. Ianuarij. Luna. 15

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
21	22	23	24	25	26	27	28	27	28	29	1	2	3

ROmæ, ſanctæ Victoriæ virginis & martyris, quæ in perſecutione Decij Imperatoris, cùm eſſet deſponſata Eugenio Pagano, & nec nubere vellet, neque ſacrificare, poſt multa facta miracula, quibus plurimas Deo virgines aggregauerat, à carnifice percuſſa eſt gladio in corde, rogatu ſui ſponſi. Nicomediæ, natalis ſanctorum viginti Martyrum, quos Diocletiana perſecutio grauiſſimis tormētis cruciatos, martyres Chriſti fecit. Ibidem, paſſio SS. Migdonij & Mardonij, quorum alter in eadē perſecutione igne crematus, alter in foſſam proiectus occubuit. Tunc etiā paſſus eſt Diaconus S. Anthimi epiſcopi Nicomedienſis, qui cū litteras perferret ad martyres, à gentilibus tentus eſt, & propter libertatē loquendi lingua amputata, lapidibus obrutus migrauit ad Dn̄m. In Creta, SS. martyrum Theoduli, Saturnini, Eupori, Gelaſij, Euniciani, Zotici, Cleomēſis, Agathopi, Baſilidis, & Euariſti, qui in perſecutione Decij crudelia paſſi, capite cæſi ſunt. Romæ, beati Seruuli, de quo S. Grego-

S.Gregorius ſcribit, quòd à primæua ſui ætate vſq; ad finẽ vitæ paralyticus iacuit, & moriens, angelorum canticis inuitatus eſt ad gloriam.

24 Nono Kal. Ianuarij. Luna. A xxvij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
22	23	24	25	26	27	28	29	28	29	1	2	3	4


VIgilia Natiuitatis Dñi noſtri Ieſu Chriſti. Antiochiæ, natalis ſanctarum Virginum quadraginta, quæ in Deciana perſecutione per diuerſa tormenta martyrium conſummarunt. Spoleti, S.Gregorij presbyteri & martyris, qui temporibus Diocletiani & Maximiani Imperatorum primo nodoſis fuſtibus cæſus, ac deinde poſt craticulam & carcerem, carduis ferreis in genibus percuſſus, ſed & ardentibus lampadibus per latera incenſus, tandem eſt decollatus. Tripoli, ſanctorum martyrũ Luciani, Metrobij, Pauli, Zenobij, Theotimi, & Druſi. Nicomediæ, S.Euthymij martyris, qui tempore Diocletiani cum multos ad martyriũ præmiſiſſet, ipſe enſe transfixus eos ſecutus eſt ad coronam. Burdigalæ, ſancti Delphini epiſcopi, qui Theodoſij tempore claruit ſanctitate. Romæ, natalis ſanctæ Tharſillæ virginis, amitæ S.Gregorij Papæ, de qua

de qua ipse testatur, quòd in hora exitus sui Iesum ad se venientem viderit. Treuiris, sanctæ Irminæ virginis, filiæ Dagoberti Regis.

B Octauo Kal. Ianuarij. Luna. 25
xxvj.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
23	24	25	26	27	28	29	30	29	1	2	3	4	5


ANNO à creatione mundi, quando in principio Deus creauit cælum & terram, quinquies millesimo centesimo nonagesimo nono: A diluuio vero anno bis millesimo nongentesimo quinquagesimo septimo: A natiuitate Abrahæ anno bis millesimo quintodecimo: A Moyse, & egressu populi Israël de Ægypto, anno millesimo quingentesimo decimo: Ab vnctione Dauid in Regē, anno millesimo trigesimo secundo: Hebdomada sexagesima quinta iuxta Danielis prophetiam: Olympiade centesima nonagesima quarta: Ab vrbe Roma condita anno septingentesimo quinquagesimo secundo: Anno Imperij Octauiani Augusti quadragesimo secundo, toto orbe in pace composito, sexta mundi ætate, IESVS CHRISTVS æternus Deus, æternique Patris

Patris filius, mundũ volens aduētu ſuo piiſſimo conſecrare, de Spiritu ſancto cõceptus, nouemque poſt conceptionem decurſis menſibus (*Hic dicitur alta voce,*) In Bethleem Iudæ naſcitur ex MARIA virgine factus Homo. *Hic autem altius, & in tono paſſionis:*

NAtiuitas Dñi noſtri IESV CHRISTI ſecundum carnem. (*Quod ſequitur, legitur in tono lectionis Martyrologij.*) Eodem die, natalis S. Anaſtaſiæ, quæ tempore Diocletiani, primo diram & immitem cuſtodiam à viro ſuo Publio perpeſſa eſt, in qua tamen à Chryſogono cõfeſſore Chriſti multũ conſolata & confortata fuit: deinde à Floro præfecto Illyrici diutina cuſtodia macerata, ad vltimum manibus & pedibus extenſis ligata eſt ad palos, & circa eã ignis accenſus: in quo martyrium conſummauit in inſula Palmaria, ad quã cum ducentis viris, & ſeptuaginta feminis deportata fuerat, qui variis interfectionibus martyrium celebrarunt. Romæ in cœmeterio Aproniani, ſanctæ Eugeniæ virginis, quę tempore Gallieni Imperatoris poſt plurima virtutum inſignia, poſt ſacros Chriſto aggregatos virginũ choros, ſub Nicetio Vrbis præfecto diu agonizans, nouiſſimè gladio iugulata eſt. Nicomediæ paſſio multorũ milliũ Martyrum,

qui cum in Christi Natali ad Dominicum conuenissent, Diocletianus Imperator ianuas ecclesiæ claudi iussit, & ignem circumcirca parari, tripodemque cũ thure præ foribus poni, ac voce præconis clamari, vt qui incendiũ vellent effugere, foras exirent, & Ioui thus adolerent: cumque omnes vna voce respondissent pro Christo se libentius mori, incenso igne cõsumpti, eo die nasci meruerunt in cælis, quo Christus in terris pro salute mundi nasci dignatus est.

C xxv. **Septimo Kal. Ianuarij. Luna.** 26

25 a b c d e f g h i k l m n p q r s

7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23

t u A B C D E F F G H M N P

24 25 26 27 28 29 30 1 1 2 3 4 5 6

Hierosolymis, natalis S. Stephani protomartyris, qui à Iudæis non longè post Ascensionẽ Domini lapidatus est. Romæ, sancti Marini martyris, qui cum esset ordinis senatorij, sub Numeriano & Carino Imperatoribus Christianę religionis causa cõprehẽsus, equuleo & vngulis seruili more punitus, in sartaginem deinde coniectus, sed seruatus illæsus, tandem cum idola eius oratione corruissent, percussus gladio, martyrij triumphum adeptus est. Nicomediæ, commemoratio sanctorum martyrum

Indes

Indes eunuchi, Domnæ, Agapis, & Theophylæ virginum, & sociorum, qui in persecutione Diocletiani Imperatoris post longa certamina diuerso mortis genere coronam martyrij sunt assecuti. Romæ via Appia, depositio sancti Dionysij Papæ, qui multis pro Ecclesia impensis laboribus, fidei documētis clarus effulsit. Ibidem, sancti Zosimi Papæ, qui omnibus virtutibus exornatus quieuit in pace. In Mesopotamia, sancti Archelai episcopi, doctrina & sanctitate celebris. Maiumæ, S. Zenonis episcopi. Romæ, sancti Theodori mansionarij ecclesiæ S. Petri, cuius meminit beatus Gregorius Papa.

27 Sexto Kal. Ianuarij. Luna. D

xxiiij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
25	26	27	28	29	30	1	2	2	3	4	5	6	7

APud Ephesum, natalis S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ, qui post Euangelij scriptionem, post exilij relegationē, & Apocalypsim diuinā, vsque ad Traiani principis tempora perseuerans, totius Asiæ fundauit rexitq; ecclesias. Alexandriæ, sancti Maximi episcopi, qui satis clarus & insignis titulo confessionis effectus est. Constantinopoli, sancti Theophanis cōfessoris,

qui à pueritia in monaſterio ſancti Sabbæ cum Theodoro fratre nutritus, atque vna cum eo aduerſus Leonem Armenum pro ſanctarum imaginum cultu ſtrenuè decertans, verberibus cæſus in exilium miſſus eſt: ſed eo mortuo, rurſus Theophilo Imperatori, qui eadem impietate detinebatur, conſtanter reſiſtens, exilium, verbera, & carceres vna cum fratre perpeſſus eſt: demum reddita Eccleſię pace, factus Nicænus epiſcopus, quieuit in Domino. Ibidem, ſanctæ Niceratis virginis, quæ ſub Arcadio Imperatore claruit ſanctitate.

E xxiij. Quinto Kal. Ianuarij. Luna. 28

a b c d e f g h i k l m n p q r ſ
9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25
t u A B C D E F F G H M N P
26 27 28 29 30 1 2 3 3 4 5 6 7 8

IN Bethleem Iudæ, natalis ſanctorum Innocentium, qui ab Herode Rege pro Chriſto interfecti ſunt. Ancyræ in Galatia, ſanctorum martyrum Eutychij presbyteri, & Domitiani diaconi. In Africa, natalis ſanctorum martyrum Caſtoris, Victoris, & Rogatiani. Neocæſareæ in Ponto, ſancti Troadis martyris, cui agonizãti ſanctus Gregorius Thaumaturgus in ſpiritu adfuit, eumque ad ſubeundum martyrium roborauit.

rauit. Arabissi in Armenia inferiori, sancti Cæsarij martyris, qui sub Galerio Maximiano passus est. Romæ, S. Domnionis presbyteri. Apud Nursiam, sanctorum monachorum Eutychij & Florentij, qui virtutibus & miraculis claruerũt. In Ægypto, S. Theodori monachi, discipuli sancti Pachomij. Lerini, sancti Antonij monachi miraculis clari.

29 Quarto Kal. Ianuarij. Luna. F xxij.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
27	28	29	30	1	2	3	4	4	5	6	7	8	9			

Cantuariæ in Anglia, natalis S. Thomæ episcopi & martyris, qui ob defensionem iustitiæ, & ecclesiasticę immunitatis, impiorum hominum factione in basilica sua gladio percussus migrauit ad Christum. Hierosolymis, sancti Dauid Regis, & prophetę. Arelate, natalis sancti Trophimi, cuius meminit sanctus Paulus ad Timotheũ scribens: qui ab eodem Apostolo episcopus ordinatus, præfatæ vrbi primus ad Christi Euangelium prædicandũ directus est: ex cuius prædicationis fonte, vt sanctus Zosimus Papa scribit, tota Gallia fidei riuulos accepit. Romæ, sanctorũ martyrum Callisti, Felicis, & Bonifacij.

Bonifacij. In Africa, passio sanctorũ martyrum Dominici, Victoris, Primiani, Lybosi, Saturnini, Crescentij, Secundi, & Honorati. Constantinopoli, S. Marcelli abbatis. In pago Oxymensi, S. Ebrulphi cõfessoris, tẽpore Childeberti Regis.

G xxj. Tertio Kal. Ianuarij. Luna. 30

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	s
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27

t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P
28	29	30	1	2	3	4	5	5	6	7	8	9	10

Spoleti, natalis sanctorum Sabini episcopi, Exuperantij & Marcelli diaconorum, & Venustiani presidis, cum vxore & filiis, sub Maximiano Imperatore: ex quibus Marcellus & Exuperantius primùm equuleo suspensi, deinde fustibus grauiter mactati, postea vngulis abrasi, & laterũ exustione assati, martyrium compleuerunt. Venustianus autem non multo post vnà cum vxore & filiis gladio necatus est: sanctus verò Sabinus post manuum detruncationem, & diutinam carceris macerationem, ad mortem vsque cæsus est. Horum martyriũ licet diuerso extiterit tempore, vna tamen die recolitur. Alexandriæ, sanctorum Mansueti, Seueri, Appiani, Donati, Honorij, & sociorum martyrũ. Thessalonicæ, S. Anisiæ martyris. Mediolani, sancti Eugenij

Eugenij epiſcopi & confeſſoris. Rauennę, ſancti Liberij epiſcopi, ſanctis operibus clari.

31 Pridie Kalend. Ianuarij. Luna. A xx.

a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	p	q	r	ſ
12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
t	u	A	B	C	D	E	F	F	G	H	M	N	P			
29	30	1	2	3	4	5	6	6	7	8	9	10	11			

Romæ, natalis S. Silueſtri Papæ, qui magnum Conſtantinū Imperatorē baptizauit, ac Nicænam Synodum cōgregandā curauit, eandemq́ue confirmauit: multiſq́ue aliis rebus ſanctiſſimè geſtis, quieuit in pace. Item Romæ via Salaria in cœmeterio Priſcillæ, ſanctarum martyrum Donatæ, Paulinæ, Ruſticæ, Nominandæ, Serotinæ, Hilariæ, & ſociarum. Apud Senonas, beatorum epiſcoporum Sabiniani & Potentiani, & ſociorum martyrum, qui à Pontifice Romano illuc ad prędicandum directi, eandem metropolim cōfeſſionis ſuæ martyrio illuſtrarunt. Ibidem, S. Columbæ virginis & martyris, quæ beſtiis, igneq́ue ſuperatis, in perſecutione Aureliani Imperatoris gladio cęſa eſt. Retiarię, S. Hermetis exorciſtæ. Catanę in Sicilia, paſſio SS. Stephani, Pontiani, Attali, Fabiani, Cornelij, Sexti, Floris, Quinctiani, Mineruini, & Simpliciani. Eodem die, S. Zotici presbyteri Romani,

Romani, qui Conſtantinopolim profectus, alendorum orphanorum curam ſuſcepit. *Rauennæ*, S. Barbatiani epiſcopi & confeſſoris. Hieroſolymis, ſanctæ Melaniæ iunioris, quæ relicta Vrbe, vna cum coniuge Piniano Hieroſolymam petens, ipſa inter feminas Deo ſacras, vir inter monachos religioſam vitã exercuit, & ambo ſancto fine quieuerunt. ¶ Et alibi aliorum plurimorum ſanctorũ Martyrum & Confeſſorum, atque ſanctarum Virginum. *Reſpon.* Deo gratias.

FINIS.

